 Aristoteles hic tangit. scilicet quod sit de omni per se et secundum quod ipsum: tunc primum
 ad ipsam pertinent passionem: tamen referendo ad subiectum. scilicet de omni per se.
 Tertia vero. scilicet secundum quod ipsum ad subiectum referuntur. quod scilicet per nam propriam
 subiecti ista passio eidem competat subiecto. Notandum 2^o: quod quolibet
 superius est idem suo inferiori. sicut animal dicitur idem homini: et non solum
 verum est de vniuersali: sed de toto solum integrali videtur. Ceterum
 ab Aristotele. et ibi dicitur: quod totum magis est idem parti
 quam e contra. Nam quod est partis est totum: et non e contra: prout autem
 siue integralis siue subiecta per suum totum diffinitur: et non e contra.
 Semicirculus enim per circulum diffinitur quod est pars ipsius
 integralis: non autem circulus per semicirculum. et hoc per animal
 diffinitur: et non animal per hominem. secus autem est de partibus essen-
 tialibus: sicut materia et forma per ipsas enim oppositum
 diffiniri debet: sed non e contra. Ad oppositum igitur cum prius
 dicitur per se idem esse quod secundum quod ipsum: non intelligitur quod ista sint conuer-
 tibiliter idem: sed intelligitur quod per se tanquam vltimum et superius est idem
 ei quod est secundum quod ipsum tanquam suo inferiori. in plus. non se habet esse per se
 quam esse secundum quod ipsum ut linco. et alij anti quod testatur. Hinc scilicet com-
 muniter exponentes attribuunt Aristotelem. et accipitur ab Alberto in
 exponere huius partis. Puto tamen quod sine inconuenienti dici pos-
 set quod illud quod est principale in aliquo modo complexo per se est secundum
 quod ipsum et e contra: et per omnes sunt conuertibiliter idem: et quod dicitur talibus Aristotelem.
 intendebat: omnis enim propria diffinitio diffinito suo competit secundum
 quod ipsum: et quilibet propria passio suo subiecto competit secundum quod ipsum.
 Sic a qualibet causa propria et immediata secundum quod ipsum puenit ei
 effectus: quod scilicet ille effectus a tali causa puenit secundum quod talis causa.

Vniuersale autem est tunc cum in quolibet et
 primo demonstratur. ut duos rectos habet neque
 figure cuiuslibet uest vltimum: et tamen est demonstrare de
 figura quod duos habeat. Sed non cuiuslibet figu-
 re est: neque vltimum quilibet figura demonstrans.

Quadrangulus

Quadrangu-
 lus. n. figura
 quid est: non
 autem habet duo
 bus rectis e-
 quales. Sed



equitibus habet quid est fortasse duobus rectis equi-
 les: sed non primum: sed triangulus prius. Quod igitur
 quolibet primum monstrat duos rectos habet aut quod
 cumque aliud: huic primo uest vltimum.

Intra dicitur prius quod vltimum propter conditiones predictas alias includit
 scilicet quod sit primo et vltimum de aliquo subiecto demonstrabilis: et decla-
 rat exemplo. Nam habere tres angulos equales duobus rectis
 de aliquo subiecto primo et vltimum demonstratur: tale vero non
 est figura in genere sumpta: eo quod non vniuersaliter cuius-
 libet competit figure. Licet igitur ista passio de figura demon-
 stratur: non tamen vniuersaliter demonstrabitur hanc vltimum con-
 cludendo. omnis figura habet tres angulos equales duobus
 rectis. esset enim falsa: quoniam quadrangulus est figura non tamen
 habet tres angulos equales duobus rectis. neque tale subiectum
 est ysocheles: quoniam licet illa passio per se competit ysocheles: tamen si
 bi competit nisi ratione trianguli: quare non competit sibi primo
 triangulus igitur est illud subiectum de quo illa passio primo de-

monstratur. Quicquid igitur habere tres vel quatuor alia
 passio de aliquo subiecto primo demonstrabitur. illa erit
 vltimum respectu ipsius et inerit sibi primo.

Et demonstratio per se huiusmodi vltimum est. aliorum
 autem quodammodo et non per se neque non est vni-
 uersaliter: sed frequentius.

Dicitur quod demonstratio est per se huius vltimum. id est demonstrator
 per se demonstrat hanc vltimum de subiecto respectu cuius dicitur vniuersa-
 le: de alijs vero demonstrat secundum quod quid: sed non per se sicut dicitur yso-
 chele demonstratur habere tres: non tamen tanquam ipse vniuersale
 frequentius. id est vltimum plurimum de illo demonstratur. Alij ex-
 ponunt frequentius. id est predicta passio non vltimum inest ysocheles:
 sed ipsa est frequentius. id est pluribus quam ysocheles. Notandum
 quod Aristoteles non intendit passionem aliam de subiecto ipse non
 primo posse demonstrari passio enim superioris de suo inferiori
 demonstrari potest demonstratione particulari ut colligitur plures ab
 eo. et sic habere tres de ysochele poterit demonstrari: non etiam
 intendit negare passionem istam per se competere posse subiecto non primo.
 quoniam hec est per se ysocheles habet tres: licet non principa-
 liter: sed cum dicitur quod aliorum est quodammodo: et non per se:
 intendit passionem vniuersalem non per se: et principaliter esse alijs a
 subiecto primo: neque per se et principaliter de illis demonstrari.

oportet autem non latere quoniam multotiens con-
 tingit peccare et non esse quod demonstratur pri-
 mum vltimum secundum quod videtur demonstrari vltimum pri-
 mum. Oberramus autem hac deceptione: cum
 aut nihil sit accipere a superiori extra singulare
 quam singularia.

Determinat de erroribus quod circa vltimum accidere possunt. Et
 diuidit in duas partes primo narrat quod modis circa vltimum con-
 tingit errare. secundo ponit regulam cognoscendi numquam bene asse-
 gnetur vltimum. et tamen vitandi erroribus: Utz autem secundum quod est tri-
 angulus. Item per enumerat modos quod circa vltimum errare contingit.
 secundo de omnibus illis subiungit exempla ibi. Si igitur aliquid demon-
 strabit. Prima pars potest diuidi in tres: secundum quod tres ponit erro-
 res. Dicit igitur primo quod nos non latere: quod multiplur contingit
 errare circa vltimum. ut si demonstratur aliquid tanquam vltimum alicuius sub-
 iecti quod tamen non est vltimum primum ipsius quous sic appareat esse. Pri-
 mo igitur contingit errare quoniam aliquid vltimum dato non contingat sub eo
 esse propter vnum singulare vel quod singularia: tunc enim putabitur pas-
 sione quod primo: et tanquam vltimum attribuitur superiori attribui et singula-
 ri tanquam vltimum: et in hoc errabit intellectus. Notandum primo quod aliquid
 est vltimum sub quo solum vnum singulare reperitur: neque plura naturae reperiri
 possunt sicut sol: luna: et consimilia: que sunt incorruptibilia
 per naturam de quibus dicitur linco. quod multa vniuersalia
 per naturam suam habent possibilitatem ut reperiantur in pluribus in-
 diuiduis: et tamen per naturam vltimum impeditur possibilitas nature prope da-
 ta: quod aliquam passionem que competat soli. gratia exempli:
 estimabit aliquis quod eadem sit prima passio solis et hanc singulari
 sol propterea quod nisi vnum indiuiduum sub illa specie reperitur. A si si est si
 sub animalium non nisi species humana dicitur fecerit repiret crederet alijs
 sensibilitatem que conuertibiliter animalium competit conuertibiliter competere
 homini: quod tamen est falsum. et ideo dicitur Aristoteles quod contingit errare vbi
 sub vniuersali non inueniatur preter vnum singulare. vel
 supple si sub aliquo genere non inueniantur alia quam singularia
 vnius speciei. illa vero nota disunctionis vel additur ab ex-
 positoribus posterioribus: de qua tamen antiqui exposito-
 res non visi sunt facere mentionem. Notandum secun-
 do quod species ut opposito spectat sunt in quadruplici differentia:
 quodammodo enim sunt plura indiuidua tanquam si si successiue. tanquam per tempus quod per
 stans. sic homo. quedam habent plura indiuidua non simul
 sed successiue per tempus et per instans ut fenix: quedam
 vero plura habent indiuidua non simul. sed successiue non
 per tempus sed per instans: sic ut vnumquodque indiuiduum

Posteriorū

daret per instās trā: sicut mutatu esse in motu: quā tāmē mutatu eē nō debeat pprie spēs dici. Quedā aut nō habēt nisi vnū individuū tā p rps q̄ per instās: sic sol: luna ⁊ filia. d̄ hoc tū plus loq̄tur p̄hs: vt p̄dixi. ¶ Notādū tertio fm̄ cōmunit̄ exponētes: q̄ i hoc gen⁹ ⁊ spēs differūt: qm̄ spēs i vnico ididuo saluari pōt: cui⁹ rō est qz spēs imediate i in diuidua descēdit sine differētis diuisiuis: sic ēt ens trāscēdens i decē pdicāmēta imediate descēdit. Si. n. spēs spālīfima p ofias diuidere ēt i infinitū pcessus i spēsibus: eo q̄ qlibet d̄ria eēntialis spēm p̄stituit. q̄re q̄tum ē ex pte spēs vnū sufficiet indi⁹: gen⁹ aut i vnica spē saluari nō pōt: eo q̄ de rōne generis est: q̄ sit diuisibile p oppositas d̄rias. s̄ qlibet d̄ria eēntialis p̄stituit spēm: q̄re de rōne gn̄is ē h̄re p̄les spēs. ⁊ hoc sentit Porphyri⁹ dicēs. P̄tate gen⁹ p̄tinet p̄les spēs. nō tū de rōne ei⁹ est h̄re p̄les spēs in actu. qz lz nō eēt aliq̄ spēs floris i actu: nō min⁹ flos eēt gen⁹ ad rosas q̄ nūc: vt p̄z. P̄hs igit̄ intēdebat: q̄ vbi genus aliq̄d eēt: sub quo nō eēt actu nisi singlaria vni⁹ sue spēs: cōtigeret credere passionē que primo generi attribuitur: p̄mo attribui spēs illoz singlarium. ⁊ in hoc causaretur error.

¶ Aut si est quidem sed inominatū sit idifferētibus specie rebus.

¶ Scdo cōtingit errare cū subm̄ alicui⁹ passiōis p̄mū fuerit inoiatū. qd̄ qd̄ reperit̄ i reb⁹ spēs differētib⁹: quaz gen⁹ aliq̄n ē inoiatū. tūc enī forte credit̄ vlem̄ ipsi⁹ passionem eē v̄le suaz spēs: v̄l cōiuncti v̄l diuisi. qd̄ tū ē falsū. verbi gr̄a. si h⁹ passiōis tāgibile. p̄mū subm̄ sit inoiatū: credit forte aliq̄s subm̄ ipsi⁹ p̄mū eē: vel caliditate v̄l frigiditate ⁊c. vel oēs q̄tuoz q̄litates p̄mas s̄l. qd̄ nō est v̄z. ¶ Notādū s̄z Līncō. ⁊ alios antiquos expositores: q̄ in eundē ēt errorē icidere possumus: vbi subz p̄mū passiōis sit analogū q̄uis esset noiatum. nā p̄pter analogiaz ipsi⁹ putarem⁹ passionē ipsi⁹ ppriā nō sibi. p̄mo inesse: s̄z alicui suo inferiori: qz forte crederem⁹ q̄ subm̄ p̄mū passiōis de quo illa passio demōstratur: debeat eē vnū vnitate vniooca. sic aut nō ē d̄ analogo subiecto. v̄bi gratia: cū ēs sit analogū: ⁊ qdā p̄petates sibi p̄mo isint: credit aliq̄s istas p̄petates p̄mo in eē sube. q̄ imediate sub ente cōtinet̄: eo q̄ ens in ip̄is nō vniooce reperit̄: suba v̄o sic. hoc ē exēplū Alberti: q̄uis vt puto ēs vt ens trāscēdenter sūptū nō pprias habeat passiōes.

¶ Aut cōtingit eē sicut i pte totū i quo mōstratur. Eis. n. q̄ sūt i parte iest qd̄ demōstratio ⁊ de oi erit: s̄z tamē nō erit huiusmodi primi v̄l demōstratio. Dico autē huiusmodi primi fm̄ q̄ ē demōstratio cū sit primi vniversalis.

¶ Tertio mō contingit errare cū aliqua passio p̄ insit superiori: ⁊ iter superiori ⁊ inferiori tāta sit cōueniētia: vt illō qd̄ p̄mo inest superiori: credat̄ p̄mo iesse inferiori. poterit igitur ista passio de subo inferiori demōstrari demōstratōe p̄ticulari: ⁊ in erit sibi de oi: nō tū ierit sibi p̄. ne qz demōstratio ē h⁹ tanq̄ p̄mi subī. dico aut demōstratōe eē h⁹ p̄mi: cū sit d̄ hoc subo fm̄ q̄ ē tale. tūc enī passio est ipsius v̄le. Exēplū hui⁹ erroris cōmunit̄

ponitur: qz angulus rectus ⁊ angulus rectilineus idem eē vident̄: q̄uis tū nō sint idē: eo q̄ angulus rectilineus cōi. or est angulo recto. iō credit aliq̄s passionē: que p̄mo competit rectilineo: p̄ cōpetere angulo recto: qd̄ tū est falsum: q̄re ⁊c. ¶ Notādū fm̄ cōiter exponētes: q̄ cū ad eē v̄le tres regratur cōditōes. s̄. dici de oi: dici per se: ⁊ fm̄ q̄ ip̄m. prim⁹ error iter istos tres errores refer̄ ad fm̄ q̄ ip̄m. s̄. cū d̄s at ad dici p̄ se. tertius v̄o ad dici de oi. ita q̄ s̄z illos tres errores cōtingit p̄tra tres particulas pdictas errare. Ego tū puto itentionē Aristo. fuisse vt oīderētur errores: q̄bus cōtingit passionē aliquā apparere: alicui s̄. o cōpetere fm̄ q̄ ip̄m: q̄uis nō ita eēt. ⁊ hoc apparet ex modo loquendi textus: ⁊ ex verbis antiquoz expositorum. Item per scdm̄ errorem nō peccamus p̄tra per se vt ipsi dicunt: eo q̄ lz passio subiecti innoiati nō primo competit suo inferiori: cōpetit tamen sibi per se: sicut etiā habere tres per se cōpetit ysocheli: q̄uis non primo. q̄re ⁊c.

¶ Si igit̄ aliq̄s demōstrabit q̄ recte qd̄ nō iter cedat̄: videbit̄ vtiqz huiusmodi eē demōstratio p̄pter id q̄ iest rectis. si at̄ ē nisi qd̄ qm̄ sic eāles sint fiat hoc mō. sed aut in quolibet eāles.

¶ Subdit exēpla pdictoz erroz. p̄ quo ad 3^m errorem. 2^o quo ad p̄mū. 3^o quo ad 2^o. Dicit enī p̄ q̄ linee recte ⁊ linee eque distātes maximā inicē habeāt p̄mitatē apparere alicui poterit: q̄ nō cōcurrere: qd̄ est passio ppria linearū equidistantiuz: primo cōpetat lineis rectis: ⁊ cū d̄ ip̄is primo demōstret tanq̄ passio: que inest rectis s̄z q̄ recte: hoc aut nō sic. sed de lineis rectis demōstrabit fm̄ q̄ sunt eqdistātes. v̄i p̄ hūc terminū eāles. p̄hs intelligit eqdistātes: ⁊ per iteridere intelligit cōcurrere. ¶ Notādū q̄ ex hac rōne ostēdi pōt lineas parallelas non cōcurrere. qz si sic: cōcurrat igit̄ in. a. p̄cto. ⁊ cūter pono q̄ distanter ab. a. p̄cto ducat̄ alia linea recta p̄pendiculariter sup̄vtrāqz lineā. ⁊ segtur q̄ ex vtrāqz pte causabit angulos rectos. ⁊ p̄ d̄is illis lineis i. a. p̄cto angulū causantib⁹ causabit triāgulus tres habēs angulos: quoz duo erūt recti in forma: qd̄ videt̄ ip̄ole manifestū: eo q̄ triāgulus tūc tres h̄ret angulos valētes plusqz duos rectos. q̄re ⁊c.

¶ Et si triāgulus nō eēt aliq̄d q̄ ysocheles videbit̄ vtiqz huius eē demōstratio.

¶ Exēplū primi erroris: vt si de facto non inueniat̄ alia spēs triāguli q̄ ysocheles: credit aliq̄s h̄re tres: qd̄ p̄mo i est triangulo: primo inesse ysocheli: qd̄ tū nō ē v̄z: vt p̄z.


¶ Et p̄portioale qd̄ ⁊ cōmutabilī ē fm̄ q̄ numeri sunt ⁊ fm̄ q̄ linee ⁊ scdm̄ q̄ firma ⁊ fm̄ q̄ tpa sūt quēadmodū ⁊ demōstratū ē aliq̄n seoz sūz p̄tingēs eē d̄ oib⁹ vna demōstratiōe mōstrari. S̄z p̄pter id q̄ nō ē denoiatū aliq̄d scdm̄ q̄ oia hec vnū sūt nūeri: lōgitudines: tpa: firma: ⁊ spēs d̄ria. seorsum adiūicē accepta sūt. nō asit v̄le mōstratur. nō enim fm̄ q̄ linee sūt nec. n. fm̄ q̄ tempora sūt: aut s̄z q̄ numeri inerat. sed fm̄ q̄ hoc est qd̄ v̄le ponit̄ esse.

¶ Exēplificat de 3^o errore: ⁊ primo facit hoc. 2^o infertur correlariū. ibi. Propter hoc neqz si aliq̄s. dicit igit̄ p̄mo: q̄ hec passio cōmutabilī p̄portionari per se cōpetit nūeris: lineis: corporib⁹: ⁊ t̄pibus: de q̄bus oib⁹ pōt illa passio s̄l demōstrari: sicut etiā de quolibet illoz seorsum demōstrari potest. non tū s̄l de istis demōstratur: qz innoiatus est subm̄primū de quo tanq̄ vnioocale demōstrari deberet: in quo hec omnia vniant̄: ⁊ p̄pter qd̄ illa passio iest

Angulus rectus

Angulus obtusus

Angul⁹ acut⁹



oibus predictis. sed hec oia seorsum accipiuntur: neq3 o ali-
 quo illoz demratur tanq3 vniuersale. talis eniz passio non
 inest lineis fm q3 linee: neq3 numeris fm q3 nūeri sunt: sed
 eis insunt fm illō innotatū subm qd ponendū ē vniuersale
 eiusdem passiōis. ¶ Notandū pmo q3 cōmutabiliter ppor-
 tionari est taliter adinuicē pportionari: vt cuz due fuerint
 pportōes similes iter aliquos terminos: talis inter dñs vni-
 2 dñs alteri^o pportio repitur: q̄lis iter añs vni^o 2 añs alte-
 reri^o. vbi grā. cū talis sit pportio inter duodeci 2 octo: q̄lis
 est inter sex 2 quatuor. cōmutata pportio est q3 qualis est
 pportio duodeci ad sex: talis ē pportio octo ad quatuor. sicut
 talis est pportio. i. z. ad. 9. qualis est quatuor ad tria: 2 qualis
 ē pportio. i. z. ad. quatuor: talis est pportio nouē ad tres. Dicit
 enī cōmutata. q3 termini p̄maz pportionū siliū inuicem
 cōmutant. ¶ Ex quo p3: q3 ad cōmutatā pportionē quatuor
 termini reguntur: vel saltem tres tenētes locus quatuor ter-
 minoz. ¶ Notandū 2^o q3 p̄dicta passio p̄petit lineis: nūeris:
 tēporibz: 2 corporibz. 2 dñr de his sūt demrationses seorsū
 2 diuisim: p̄pterea: q3 illa quatuor a diuersis sciētys cōsiderā-
 tur. Geometria enī de lineis cōsiderat. Arismetica de nūe-
 ris. Astronomia de tēporibz. 2 phia nālis de corporibz. si tñ
 noiatū eēt illō subm cōe oibus istis cui illa passio cōpetit p
 se: pmo possent oia illa siliū sumi. 2 de ipsis simul eadez posset
 demōstrari passio: vt inqt phs in textu. 2 hoc vltimū dupl̄
 itelligi potest. vno mō q3 illā passionē demōstrando de illo
 subiecto pmo cōsequēter eadē demōstratio ad sciam istoz
 iferioz deseruiret. Alio mō q3 post p̄dictā demōstrationē
 alia fieret demōstratio i qua illō subm cōe p medio assume-
 retur: 2 de iferioz siliū sūptis illa passio demōstraret. vter-
 q3 intellectus ē bon^o. ¶ S3 circa dicta dubitat. p q3 phs nō
 sufficiēter enumerat ea q3 p̄dicta passio cōpetit: q3 ēt sup̄fi-
 ciebz 2 motibz cōpetere potest. sicut sic arguēdo: sic se b3. a.
 sup̄ficies ad. b. sup̄ficiē. sic. c. ad. d. q̄ a cōmutata pportione
 sic se b3. a. ad. c. sic. b. ad. d. idem dico de motibz. ¶ 2^o dubi-
 tatur: qm̄ phs videt sibi contradicere. p̄mo enī dicit q3 h
 passio competit lineis fm q3 linee: 2 numeris f3 q3 numeri.
 in fine vero huius partis oppositū dicit: vt p3. q̄re 2c. ¶ 3^o
 videtur q3 illius passionis nullū sit subz p̄mū de quo demō-
 stratur. q3 si sic: ista demōstratio ad aliquā sciaz ptinetz vlr:
 qd pbatur eē falsū: q3 tūc ad eandē sciam ptineret pticulari-
 ter istā demōstrare de oibus p̄dictis. p3 dñā. q3 ad eandem
 sciam ptinet vlr 2 particulariter eandē passionē demōstra-
 re. sic ad geometriā ptinet demrāre h̄re tres de triangulo. 2
 dñr de ysochele 2 alijs sp̄ebz. dñs tñ ē falsū. q3 nulla ē scia
 siue pticularis siue vlr: sicut logica vel metaphysica que d
 oibz: p̄dictis cōsideret. s. lineis nūeris: t̄pibz: 2 corpibz: vt p3.
 q̄re 2c. ¶ 4^o videt q3 p̄dicta passio nō sit demōstrabilis de
 mōstrationibz diuersis de predictis. q3 si sic: cum oēs ille de
 monstrationses sint pticulares: oportebit subm vlr pro me-
 dio adduci ad q̄libet illaz. p3 dñā. q3 ita requit nā demon-
 strationis pticularis. dñs tñ videt falsū: q3 tūc tale subz eēt
 nobis noiatum: qd est p̄tra predicta. ¶ 5^o dubitat. q3 videt
 q3 illud subz cōe sit noiatū: qm̄ ipz ē q̄titas q̄ ecōe ad oia p̄-
 dcā. ¶ Cōfirmat. q3 vel tale subz ē cōi q̄titate vel eq̄ cōe:
 vel minus cōe: nō cōius: vt de se p3. si eque cōe hēbitur in tē-
 tum. si minus cōe cū sub se cōtineat q̄titatē p̄tinuā 2 discre-
 tam: vt p3: legtur q3 cōtinuū 2 discretū nō erunt prime dñe
 q̄titatis: siue prima ḡna subalterna ipi^o: qd videt p̄phm in
 p̄dicamentis. ¶ Ad p̄mū r̄ndet q3 Aristo. solū ea subtra h^o
 passiōis numerat: q̄ a diuersis sciētys principalr cōsiderā-
 tur. lz etiā igitur sup̄ficiēbz cōpetat hec passio: consideratio
 tamen illa de sup̄ficiēbz ad considerationē de lineis reduci-
 tur: cū linea 2 sup̄ficies ab eodē artif. ce. s. geometra cōside-
 retur. principalis tñ linea q̄ sup̄ficies. sicut lz motibz p̄dcā
 passio competere possit: cōsideratio tñ illa de motibz ad cō-
 siderationē de corporibus reducitur. corpa. n. 2 mot^o a nāli

pho cōsideratur. principalis tñ corpa q̄ mot^o. ¶ Ad 2^m
 r̄ndent moderni. q3 lz cōmutata pportio sic absolute sūpta
 nō cōpetat lineis f3 q3 h̄. neq3 numeris fm q3 h̄. illa tam
 passio ad terminatā cōsiderationē p̄tracta alic^o scie pticu-
 laris cōpetere pōt lineis fm q3 linee sūt. 2 numeris f3 q3 nu-
 meri. 2 sic de singulis. 2 sic itellerit phs i textu. Adibi tam
 apparet q3 Aristo. non absolute asserat: q3 cōmutata ppor-
 tio isit lineis 2 nūeris fm q3 talia sūt. s3 cū i p̄cedēti pte dix-
 rit: q3 vbi nō est alius triāgulus q̄ ysocheles tūc h̄re tres vi-
 deretur inesse ysocheli fm q3 ysocheles. p̄ter cōtinuando
 sermonē suū dicit 2 pportōabilr cōmutari videt: supple in-
 eē nūeris fm q3 numeri: 2 lineis fm q3 linee. 2 sic de alijs. q̄
 re vide i textu. ¶ Ad 3^m r̄ndent moderni. pmo q3 illā passi-
 onem d subo p̄mo demōstrare ad arismetica solā ptinet.
 q3 sicut pportio 2 pportionalitas p̄cipaliter ad arimetri-
 cā ptinet: ita etiā cōmutata pportio. Dicit. n. phs. io. me-
 taphysice. q3 rō mēsure p̄mo i numeris repitur. Nūerus at
 a solo arismetico p̄ncipaliter cōsiderat: vt p3: q̄re 2c. ¶ 2^o
 dicūt. q3 lz sola arismetica doceat cōmutabiliter pportio-
 nari. alie tñ scie p̄nt vti cōmutata pportioe. sicut lz sola dya-
 letica doceat arguere: quelz tñ alia scia vti argumētatiōe.
 ¶ 3^o dñt q3 ex predictis nō segtur q3 arismetica de lineis cor-
 poribz 2c. p̄dictā passionē demōstrare possit. p̄mo q3 com-
 mutata pportio solū in numeris repitur p̄prie. transumpti-
 ue vero in reliquis noiatis sicut ēt quadratus sup̄ficialē et
 circularē i p̄tinuatis p̄prie repitur. i numeris vō trāsumpti-
 ue. Scōo q3 linea corpus 2 t̄pus nō sūt sp̄es illi^o inoia cui
 p̄mo cōpetit cōmutabilr pportionari. dñr enim illa sub illo
 cōmuni cōtineri nō cōtinētia p̄dicationis s3 p̄tinētia dispo-
 sitionis: qua vnū ab alio certā recipit dispositionē. sic etiā
 a siliū p̄tinuitas cōpetit t̄pi rōne mot^o. 2 motui rōne magni-
 tudinis: vt p3. 4. p̄hy. t̄ps tñ 2 mot^o non sūt sp̄es magnitudi-
 nis cui p̄mo iest p̄tinuitas. 2 p̄ dñs volūt q3 nō o3 arimetri-
 cā predictā passionē demōstrare de lineis corporibz 2c. p̄ti-
 culari demōstratiōe: cū ipsa non sint sp̄es illius primi inoia
 ti subiecti. ¶ Addūt vlti^o q3 cōmutabiliter pportionari
 competit t̄pi 2 motui rōne lineē sup̄ficiēi 2 corporis. his aut
 tribz rōe nūeri. S3 primū puto falsū: nllī enī illoz p̄petit cō-
 mutata pportio: nisi put numeri fuerit sine numerabilia.
 q̄re linea vt linea siue corpus vt corpus nullā h̄nt i se ratio-
 nē: p̄ quā tēpus vel mot^o h̄ac accipiāt passionē ab eis. s3 cete-
 ra oia illā a nūero siue a nūeris accipiunt. Puto ēt dñr dici
 posse q3 oibz predictis cōsideratis: non vt talia sūt. v3. sup̄fici-
 es lineē 2c. s3 vt numeri siue numerabilia sūt: ipse sūt d cōsi-
 deratiōe arismetici. 2 dñr arismetica pticulari demōstra-
 tione de oibus illis pōt p̄dictā demōstrare passionē. Neq3
 puto vez eē q3 hoc nomē cōmutata pportio transumptiue
 lineē 2 corpa: 2 t̄pi attribuat. lz posteri^o eis attribuat q̄
 numero. Cetera vō dicta ipoz puto eē rōnabilia. ¶ Ad 4^m
 cōcedit istā passionē diuersis demrationsibz de p̄dictis sub-
 iectis demōstrari posse: siue hoc fiat per arismetica vt p̄di-
 xi: siue hoc fiat p diuersas scias. nā nālis p̄dictā passionē 2
 corporibz demrabit. Astronom^o de tēporibz. Geometra de
 lineis 2 sup̄ficiēbz. ¶ Ad rōnem i oppositū negat dñā. suffi-
 cit enī ad demōstrationē pticularē si nō potest subiectū p-
 priū passionis adduci p̄ medio: vt ei^o diffinitio p̄ medio ad-
 ducat. Nec enī erit demōstratio pticularis. ois figura pla-
 na tribz rectis lineis p̄tenta habet tres. ysocheles ē h̄. ḡ 2c.
 Similiter i proposito hec est pticularis demōstratio. ois
 numerabilia habentia similitudinē pportionū sūt cōmuta-
 ti pportionalia. s3 lineē siue t̄pa sūt h̄. ḡ 2c. ¶ Sed p̄tra.
 ois demōstratio pticularis vlr̄m presupponit. q̄re p̄dictus
 syll̄s non erit demōstratio nisi p̄ istā passio de subiecto p-
 prio fuerit demōstrata. 2 p̄ dñs ipm erit noiatū. ¶ R̄ndet
 cōmuniter negando antecedens. sed hoc solū vez est quan-
 do medium demōstrationis pticularis fuerit subm p̄puz

Posteriorū

illius passionis. Si enī demonstretur h̄re tres de ysochele p
triangulum. ista demonstratio presupponit factam eē demō
strationem d̄ triangulo. Si vero p̄ diffinitionē triāguli siue
cāz passiōis demonstretur illō nō oportet. Et addūt qdā q̄ il
la rectitudo de linea particulariter demonstrat. Ista tñ de
monstratio dem̄rationē vlem non presupponit. s̄l̄r similitas
de naso particulariter demonstrat nō p̄missa demonstratiōe
vli. s̄l̄r in p̄posito cōtingit. concedit tamen q̄ predicta par
ticularis demonstratio nō ita perfecte scire facit. sicut si de
m̄ratio vlis de p̄prio subo p̄mitteret. Et dicūt qdā q̄ sci
re faceret sophisticō mō. s̄. fm̄ māz nō s̄z formā. ¶ Ad vl
timū d̄r q̄ licet q̄ntitas sit cōmune ad p̄dicta: nō tñ cū oibus
illis s̄l̄r s̄p̄tis est p̄uertibile. qm̄ alia cōtinet q̄ p̄dicta. et licz
esset cū illis p̄uertibil̄ non segtur q̄ esset subz illius passio
nis p̄p̄riū: s̄c̄t̄ ē a s̄l̄r licet longitudo adequate insit linee su
p̄ficiēi et corpori que simul sumpta p̄uertunt̄ cum q̄ntitate
continua p̄manēte: non tamē per se primo p̄petit quātitati
continue permanenti: s̄z linee primo. et rōne linee alijs com
petit. cōmutata ergo p̄portio tanq̄ subiecto competit. non
oibus numeris: s̄z numeris q̄busdam non eo nomine nomi
natis: sub quo ista passio sibi attribuit. ¶ Et per hoc ad con
firmationē dicitur illud subiectū p̄p̄riū eē min⁹ cōe q̄ q̄nti
tas: imo min⁹ commune q̄ nūerus. Aliq̄ enī sūt nūeri in q̄
bus est commutata p̄portio: et aliq̄ i q̄bus non. Vel aliter et
melius cū nullus sit numerus finitus: q̄ sub cōmutata p̄por
tione cadere non possit: q̄ commutata p̄portio oibus nu
meris competere potest: nō absolute: s̄z p̄ q̄sto inter eos p̄
portiones equales inveniūtur. quare poterim⁹ illō subz p̄mū
hoc noīe complexo noīare. numeri adinucem habētes pro
portiones equales. Et per hoc p̄z ad rōnem in oppositū: qz
non est concedendū illud innominatū subz eē cōius q̄ntita
te p̄tina et q̄ntitate discreta. imo ē eis valde min⁹ cōe. q̄re r̄c̄.
¶ Propter hoc neqz si aliquis mōstraret vnū
quēqz triāgulū demonstratiōe aut vna: aut altera.
qd̄ duos rectos h̄z vnūquēqz ysochelē seorsū et
scalenō idest gradatū nōdū cognouit triāgulūz:
qz duos h̄z rectos: nisi sophisticō mō. neqz v̄le
triāgulū: neqz si null⁹ est p̄ter hoc triangul⁹ alter.
neqz. n. scdm̄ quod triāgulū est cognouit neqz
oēs triāgulū: s̄z aut secūdū numerū: secūdū sp̄z
autēz nō omnem: et si nullus est quē non nouit.
¶ Ex p̄dictis corrolarie inferitur: q̄ si aliquis aut vna demō
stratione aut pluribus de vnaquaqz specie trianguli demō
straret habere tres angulos duobus rectis equales: vt si de
ysochele demonstraret seorsum: et de gradato seorsū q̄ triā
gulus triū latez inequaliū: ex hoc non p̄fecte sciret triāgu
lū habere tres: sed solum sophisticō mō: neqz p̄fecte cogno
sceret v̄le triāgulū: dato ad huc q̄ nullus eēt triangulus p̄ter
predictos triāgulos: qd̄ p̄z: qz tūc n̄ cognosceret triāgulū
fm̄ q̄ triangulus. neqz cognosceret oēm triangulum i ḡne.
sed solū cognosceret oēm triangulum fm̄ numerum aut s̄z
sp̄m. dato q̄ nullus eēt triangulus quem non nouisset.
¶ Qm̄ igit̄ n̄ nouit v̄l̄r et qm̄ nouit simpl̄r māife
stus quod si idē ibereat triāgulo et ysocheli: aut
vnicuiqz: aut omnib⁹. si vero nō idē semp̄ alterz
est aut secūdū quod est triāgulus nō nouit.
¶ Consequēter p̄hs̄ interrogat qm̄ igit̄ aliq̄ cognoscit simpl̄r
siue v̄l̄ter et perfecte: et qm̄ non. R̄ndet q̄ manifestus est q̄
si idē sit eē siue eadē rō triāguli et ysochel̄ aut vnicuiqz sp̄i
triāguli aut oib⁹ simul: q̄ tūc sciendo h̄re tres de istis sciē
ēt de triāgulo fm̄ q̄ triangulus. et hoc cōtingeret vt̄ exposito
res d̄nt si eēt nomina sinonima. Si v̄o alterz est eē siue al
tero ē ratio triāgulo et ysocheli vel alijs sp̄ibus tunc non no

uit d̄ triāgulo fm̄ q̄ h̄z. q̄re r̄c̄. ¶ Notandū primo q̄ de oī
bus sp̄ibus triāguli pōt dem̄rari habere tres de triangulo
demonstratione vna. et pōt hoc fieri dem̄rationib⁹ plūb⁹ se
orsum. Exemplū primi. sicut sic arguendo. oīs figura plana
tribus rectis lineis contenta: habens angulū extrinsecū r̄c̄.
habet tres. sed ysocheles equilater⁹ et gradat⁹ sunt h̄z. q̄ r̄c̄.
Exemplum secundi: vt sic. oīs figura plana r̄c̄. habz tres. yso
cheles est h̄z: ergo r̄c̄. et idem potest de alijs speciebus exem
plificari. A simili etiam dicem⁹: q̄ commutata p̄portio pōt
de omnibus supradictis subiectis vna demonstratiōe et plū
bus demonstrationib⁹ demōstrari. sicut sic arguēdo. oīa nu
merabilia habētia adinucem similitudinē p̄portionū sūt cō
mutatiz p̄portionabilia. linea: numerus t̄ps: et corp⁹ sūt hu
iusmodi. ergo r̄c̄. ¶ Notandū 2⁹ fm̄ cōiter exponentes q̄
cognoscere triangulum per cognitionem ysochel̄ tñ aut al
terius siue sp̄i est cognoscere tam ysocheles q̄ triangulū s̄z
mām. qm̄ ysocheles est materia trianguli: sed triangulus ē
forma ysochel̄. sicut indiuiduum respectu sp̄i dicit māz.
species vero respectu ipsius dicit formam. vt patz ex modo
loquendi p̄hi in primo celi: q̄ dicit celū dicit formā: et q̄ dicit
hoc celum dicit māz et formam. sicut etiam species respectu
suigenēris est sicut materia: genus vero forma ipsi⁹. Logno
scere vero ysochelem et triangulum per rationem propriam
trianguli est vtrunqz cognoscere fm̄ formam. Nec verba
possent aliquo modo molestari: sed non est cura. Ex quibus
inferitur q̄ cognoscere triangulum per cognitionem alicu
ius siue speciei tñ est ipm̄ fm̄ quid nō autem simpl̄r cogno
scere. p̄z. qz cognoscere s̄z māz ē cognoscere s̄z qd̄: nō at̄ sim
pliciter. Ex quo inferitur q̄ tale cognoscere triangulum est
cognoscere sophisticō modo. sicut dicit philosoph⁹ ī textu.
ibi. n. videt̄ p̄mitti fallacia accētis. tu cognoscis ysocheles.
et ysocheles est triāgulus. ergo cognoscis triāgulū: sicut etiā
hic. tu cognoscis boīez: et hō est hoc. q̄ tu cognoscis hoc: quā
uis hoc nō sit cōueniēs ex̄m. vt p̄z. itelligēti. Neqz puto q̄ in
p̄ma arguitione p̄p̄rie sit fallacia accidētis: neqz Arist. dic̄
q̄ cognoscere triāgulū p̄ ysochelē sit cognoscere sophisticō
modo: s̄z dic̄ q̄ cognoscere triāgulū h̄re tres per hoc q̄ yso
cheles h̄z tres ē cognoscere sophisticō mō. ¶ Segtur v̄l̄ter
r̄ius q̄ vbi dem̄raretur h̄re tres de oibus sp̄ibus trianguli
simul sumptis nō demōstrādo de triāgulo in genere: cogno
sceret omne triangulū s̄z materiam aut numerum habere
tres. non autem scdm̄ formā: p̄z ex p̄dictis.

¶ Arrū aut̄ scdm̄ q̄ est triāgulus aut scd̄z q̄ est
ysocheles: et qm̄ scd̄z hoc q̄ est primū v̄le: cui⁹ est
d̄monstratio māifestū ē qm̄ remoto isit primū:
vt ab ysochele eneo remoto triāgulo isit duo re
cti s̄z enei eē remoto ysocheles. sed n̄ figura aut
termino sed nō primis. Cui⁹ ergo primi. Si ita
qz triāguli primo est et secūdū hoc iest et alijs et
huiusmodi vniuersaliter est demonstratio.

¶ Cōsequēter p̄hs̄ dat documentū cognoscendi subm̄ pri
mum alicuius passionis. p̄rimo igitur querit vtrū habere
tres angulos equales duobus rectis gratia exempli primo
insit triangulo aut ysocheli. et qm̄ siue cui inest fm̄ q̄ ipm̄ id
primum v̄le cuius est demonstratio. Et cōsequēter dat do
cumentum itendens q̄ illud est subiectum p̄mum alicui⁹
vniuersalis: quo posito pōitur illud v̄le: et illo remoto remo
uetur: cui cōpetit fm̄ q̄ h̄z. et alter rōne illius: propter p̄mā
p̄ticulariam habere tres angulos equales duobus rectis non
competit figure neqz termino qui ponitur in diffōne figu
re tanq̄ subiecto primo: s̄z possit concedi competere figure
p̄ se: qz nō oīz q̄ posita figura ponat̄ h̄re tres āgulos. Aliqua
enī ē figura sic q̄dratū cui h̄ passio n̄ p̄petit. Propter scd̄z
p̄ticulariā eadē passio nō est v̄le primū enei. triāguli siue yso

*Unde si quis vult scire quid sit p̄mum p̄mum illud est
et alio modo.*

ibelis. qz lz illo posito ponat habere tres: nō tñ eo remoto
remouetur. nullo enī existente eneo triāgulo: aut ysochele
adhuc aliquis triāgulus haberet tres. sicut gradatus. r ex
hoc cōcludit qz restat vt triāgulus sit subz primū. qz ista pas
sio sibi cōpetit fm qz hō: r alyz rōne illius. ¶ Notandū fm
coiter exponētes: qz ppter particulā tertiā accidit qz lōgitu
do non sit vniuersale primuz qz titatis cōtinue pmanētis. lz
eni posito illo subiecto ponat longitudo: r eo remoto remo
ueatur: non tamen ei competit hō: r alyz rōne illi.
sed potius competit linee hō: r rōne linee cōpetit alyz
subiectis. Similiter paritas p eandē cām non est vltimuz
numeri. qz licet posito numero ponatur paritas. r eo remo
to remoueat. in quolibz enī modo impari includit paritas.
tñ non cōpetit numero fm qz hō: r alyz rōne numeri. lz cō
petit binario fm qz hō: r alyz rōne binary: qre binarius
est eius subiectum primum.



S igitur est demonstratiua scientia
ex necessarijs principijs. Qd. n. scit
nō potest aliter se hē. Que at per se
sunt necessario insūt reb. Hec enim
sūt i eo qd qd est. qbusdā alia insūt i
eo qd quidem ē predicatib de ipsis: quoz alterū
oppositozum necesse est inesse. Manifestū ē qz
ex huiusmodi in quibusdā vtiqz sit demonstrati
uus syllogismus. Omne. n. aut sic est aut fm ac
cidens. Accidentia autem non necessaria sunt.

¶ Positis precedentib descriptionib de oi p se r hō: r ipz
pñr phs ostēdit ex quib r qualib eē debet demōratio: r ex
qualib eē non debet. Et pmo ostēdit ex qualib eē. 2^o ex qlib
non est. ibi. Nō igit ex alio genere rē. Prima diuidit i tres.
qz pmo pbat qz demōstratio est ex necessarijs. 2^o qz ē ex his
q sūt p se ibi. Accidētū aut nō p se. 3^o qz est ex his q sūt hō: r
ipz ibi. Quoniā aut ex necessitate. Item primo in duas. qz
primo facit qd dictū est. 2^o pbat qdam que supposuerat ibi.
Qd aut ex necessarijs. Primo igitur pbat rēlonem istā. de
mōstratio est ex necessarijs. r hoc triplici rōne. pma rō vir
tualiter duas includit rōnes. Arguit igit primo sic. scia de
mōstratiua est ex pncipijs necessarijs. qre demōstratio ē ex pñ
cipijs necessarijs. Item demōstratio est ex his q sūt per se.
ea vero q sūt p se sunt necessaria. igit rē. primū añs pbat
qz illud qd p r demōstrationē scitur nō pōt alr se hē: vt p r
ex precedentib. r p rōis scia demōstratiua est ex necessarijs
pncipijs. 2^o añs quo ad primā partē videbit ifra: r aliqli
ter visum est supra. Quo ad scōdam declarat: qz ppōnes per
se q potissimā ingrediūt demōstrationē: d quāhic loqmur:
aut sūt quādo predicatū ponit i diffinitione subiecti: sic sūt
ppositiones primi modi: aut subm ponit i diffinitione pre
dicati. sicut sūt ppōnes scōdi: i quibus si predicatū componi
tur ex oppositis: necesse est alterum istoz inesse: r in oibus
illis predicatū inest necessario subiecto: vt p r. qre rē. oē enī
predicatū: aut sic p dicit: aut per accidēs. ea vō q p accēs p
dicantur nō necessaria sūt. qre rē. ¶ Notandū pmo qz Ari.
solum hic intendit de demōstratōe potissima: qua propria
passio de subiecto pprio demonstratur: dū dicit demōstra
tionē eē ex ppositionib scōdi vel primi modi. in qlibet enī
talem demōstrationē scōs ingrediēt mod quo ad conclusio
nem. primus etiam formaliter aut virtualiter rcurrit vt su
pra visum fuit. neqz ex hoc excludit quartus vt qdam cre
diderunt. ¶ Notandū 2^o qz passionū q sūt accidētia ppria
suoz subiectoz qdaz noiantur vno noie simplici: neqz hnt
passiones oppositas: sicut disciplinabile r risibile. r tales ab
solute necessario insūt subiectis suis. qdam vō nō vno noie
simplici appellantur: s3 quodā noie plexo ex oppositis un

mediatis cū disiunctione: sicut rectum vel curuum: r par vel
impar. r istorum oppositoz neutrū absolute necessario iest
subiecto proprio: sed necessario inest aliquod illorum cum
disiunctione. necessario enim qlibz linea est curua vl recta.
lz nō quelibet sit recta nec quelibet curua. Similiter neces
sario qlibz nūerus ē par vl impar: lz nō qlibet sit par neqz q
libet impar. Quedā vero sunt passioēs habētes passioēs op
positas sed mediatas: vt simitas nasi cui opponitur aquili
nitas r crispitudo capilloz cui opponit capi! loz rectitudo.
r tales non insunt necio subiectis suis tam cōiuncti qz diuisi
sim. qz aliquis est passus q nec est simus nec aquilinus: qz
concedi possit: qz omnis passus aut est simus aut rectus aut
aquilinus. Et sic necessario vnum illoz trium oppositoz
inest subiecto suo. Cum igitur Aristo. dicit qz necesse est alte
rum oppositoz inesse. intelligit de oppositis immediatis: sic
rectitudo vel curuitas: par vel impar. ¶ Dubitatur primo:
qz phs in principio huius capituli pbat demōstrationem
esse ex necessarijs: quare superfluz videt hoc itez pbar.
¶ 2^o dubitatur: vbi dicitur qz accidentia nō necessaria sunt:
quoniā necessario ois cignus ē albus. r necessario omne
corpus mixtum est coloratum. r tamen illa predicata sunt
accidentia cōmunia subiectozum suoz. qre rē. ¶ Ad pmo
dicitur qz superius aliqualiter probatum fuit demōstratio
nem esse ex necessarijs per rationem sumptam ex diffinitio
ne scire r demōstrationis. hic vero completi per alias ra
tiones pbat. ¶ Ad 2^m dicit vt colligitur ex vbis Al. qz Ari.
locutus est de necessitate proueniente merito essential ba
bitudinis inter predicatum r subiectum: q puenit ex nā ge
neris vel principioz speciei. hoc autem in predictis non
reperitur. quare rē.

¶ Aut igit sic dicendū aut principij ponētib qd
demōstratio necessariū sit. Et si demōstratū est
aliter se habere non posse. Ex necessarijs igitur
oportet esse syllogismus. ex veris quidem est et
non demōstratiue syllogizare. ex necessarijs at
non est. sed aut demōstratiue. hoc autē p r
demōstrationis est.

¶ Scōda rō sic format coiter: cuiu slibet demōstrationis cōclu
sio est necessaria. igit pmissis eiusdē demōstratōis sūt neces
sarie r per rōis demōstratio ē ex necessarijs. tenet rsequen
tia prima. qz necessaria rclusio nō scitur nisi ex necessarijs.
añs patet ex p dicitis: quoniā demōstratū non pōt aliter se
habere. r pñter subdit phs qz contingit aliquem nō demō
strantem syllogizare ex veris: nō tamen ex necessarijs: sed
ad demōstrantē hoc p rinet: qm pprium est demōstrato
ris ex necessarijs syllogizare. ¶ Notandū pmo qz syllogizās
r non demōstrans pōt veruz ex veris syllogizare: vt hic. oē
aīal est suba. ois homo est aīal. ergo rē. potest etiaz ex falsis
vez syllogizare vt hic. ois aīinus est animal rōnale. omnis
homo est aīinus. ergo omnis homo est animal rationale.

¶ Ideo dicit philosophus qz ex veris est siue contingit nō
demōstrantē syllogizare. r sicut dictum est de vero: ita di
catur de necessario. ¶ Notandū secundo qz non solum de
mōstrator potest necessariam inferre cōclusionem ex pro
positionibus necessarijs: sed etiam dyalecticus hoc facere
potest. sicut hic. omne aīal est coloratum. ois homo est ani
mal. ergo rē. Cum igitur dicit Aristo. qz pprium est demō
strationi syllogizare ex necessarijs: r qz non demōstrans nō
syllogizat ex necessarijs: intelligitur qz iste qui non demō
strat non semper ex necessarijs procedit. sed pprium est de
mōstrari semper ex necessarijs pcedere.

¶ Signum autē ē qz demōstratio ex necessarijs
sit. quoniā instantias ferimus sic ad opinātes
demonstrare quoniā nō sit necesse si opinamur

aut oīno contingere aliter aut rationis cāusa.

Tertio p̄b̄s arguit a signo. q̄m̄ aliquādo adducimus istā
tias contra opinantes se demonstrare dicentes: q̄ non est ne
cessarium sic esse vt ipsi assumunt: siue hoc dicamus. q̄ opi
namur aliter se posse habere. siue hoc dicamus disputatio
nis causa. quare ex hoc signo euidenter concludi potest de
monstrationē esse ex necessarijs.

Manifestū autē ex his: q̄m̄ stulti bene opinati
sunt accipere p̄cipia si probabilis sit p̄positio
et vera vt sophiste: quoniā scire scientias est ha
bere. Nō enim quod probabile est aut vey p̄cipi
ū est: sed primū in ḡne. circa q̄d demonstrat et
vnu nō omne: sed proprijs.

Contra corollarie ifert Aristot. q̄ sūt stulti q̄ opinati sunt
bene accipere p̄cipia demonstratōis: si p̄positio quā p̄ prin
cipio assumūt fuerit vera et pbabilis: sicut sophiste faciunt
rōnabiliter aut male opinantur. q̄m̄ scire ē scias h̄re: supple
p̄ demonstratōne. nō enī oē q̄d est pbabile eē vt nō eē est p̄
cipiū demonstratōis. sed istud q̄d ē primū i genere cause: quo
demonstratio fit. nō etiā oē vey ē p̄cipiū demonstratōis. s̄ oportet
vt sit vey p̄cipiū: supple generi: circa q̄d fit demonstratio. **N**o
tandū p̄mo: q̄ sicut in lib. elēco. ille appellatur sophista qui
apparet cū debita forma syllogizare. et non syllogizat siue q̄
ex his p̄cedit q̄ pbabilis apparēt: nō tñ sūt. sic in hoc libro:
ille pōt sophista appellari q̄ appareat demonstratiue pbare:
nō tñ demonstrat. Quis dialetice debite syllogizaret. vtriq̄
igif sophiste dicunt. q̄ apparetes et nō exites. s̄ p̄m̄ i q̄
tū deficit a dialetica argumētatōe. scōs at̄ i q̄tū ex argumē
tatione sua eē videt̄ sciēs: nō tñ est vere sciēs. **N**otandū
z̄ q̄ duplex est demonstratōis p̄cipiū. q̄dā ē cōe et solū vir
tualiter ad demonstratōne cōcurrēs: q̄dā at̄ est demonstratōi
appropriatū et formalit̄ cōcurrēs: de p̄cipio p̄mo nō loquitur
Aristot. hic: s̄ solū de scōo. tale igif debz eē primū nō absolu
te: s̄ i genere: circa q̄d demonstratōes fiūt. vbi gr̄a. sicut i gene
re p̄tinuoz de quibus cōsiderat geo: vel in genere discreto
rum de quibus cōsiderat arismetric: debet eē p̄cipiū ali
quod primū et eidez generi appropriatū. Hoc igif intende
bat p̄b̄s cū dicit. nō enī q̄ pbabile eē oē p̄cipiū est. s̄ p̄m̄ i
genere. circa q̄d demonstratur et vey nō oē s̄ p̄cipiū. **Q**uedā
dubia hic mouēt coiter a modernis. p̄ q̄ lunā eclipsari de
m̄atur. et tñ hoc nō est necessariū vt p̄z. z̄ q̄ Ari. infra dic̄:
q̄ aliq̄ est demonstratio eoz q̄ sūt semper et aliq̄ eoz q̄ sūt sepe.
q̄re ex contingētib̄ est demonstratio. z̄ q̄ ois demonstratio ali
quo modo procedit ex dignitatib̄ et principijs cōibus. vt in
p̄hemio dictū fuit. q̄re nō ex p̄p̄ijs procedit. Ad hec aut̄ p̄z
respōsio ex dictis i precedentib̄. de p̄mo et scōo habitū fuit
sufficiēter in q̄one illa: vtruz demonstratio sit ex necessarijs.
Ad tertium patet parum intelligenti: q̄ n̄a nō valeat.

Quod autem ex necessarijs oportet esse syllogis
mū manifestū ex his ē. Si. n. nō est h̄ns rōne p̄
q̄d exite demonstratōne nō est sciēs. Sic aut̄ vtiq̄z.
et q̄d. a. de. c. ex necessitate. b. autē mediū per q̄d
demonstratur est. s̄ nō ex necessitate non sciūt p̄pter
quid. Nō. n. est hoc p̄pter mediū: hoc autē p̄tin
git oīno nō esse conclusione aut necessariā.

Probat q̄dā q̄d superius supposuerat. p̄mo enim suppo
sūt h̄c conditionālē: si illd q̄d demonstratur est necessariū. s̄ cō
clusio: demonstratio est ex necessarijs. p̄mo igif probat illaz cō
ditionē. z̄ oñdit q̄ necessariū syllogizari pōt ex nō necys.
ibi. Cū igif cōclusio. p̄ma diuidit̄ i duas ptes s̄m̄ q̄ duas
adducit rōnes. ibi z̄. Ampli si aliqs. primo arguit sic. si cō
clusio eēt necia mediū aut ne aliqua p̄missa ex qua demon

stratio procedit nō eēt necia tūc hō per illā demonstratōne
nō eēt sciēs. n̄s videtur p̄tra diffinitionē demonstratōis. v̄z. de
monstratio est silis faciēs scire. n̄a vō pbatur: q̄ scire non
contingit nisi per cām: vt patet p̄ diffinitionē scire superius
positā. sed tale mediū aut p̄missa nō est p̄clōnis cā. s̄ z̄. mi
nor p̄bat: eo q̄ illud mediū est cōtingens vt ponit̄ p̄clō vō
necessaria. nullū aut̄ cōtingens ē cā effect̄ necy. vt p̄z. s̄ z̄.
Si igif fiat hic syls. oē. b. est. a. oē. c. ē. b. ḡ. oē. c. est. a. et ponat̄
tur istā p̄clusionē esse necessariā. oē. c. est. a. b. aut̄ mediū vel
aliquā illaz p̄missaz eē cōtingētē: tūc ex illa demonstratio
ne nō sciret̄ p̄clusio per cām ipi. q̄m̄. b. mediū nō ē cā h̄ns:
eo q̄ est p̄tingens: p̄clō vero necessaria. quare z̄. **N**otan
dū q̄ mediū p̄tingens nō pōt eē cā per se p̄clōnis necie: q̄ cā
p̄ se alicui effect̄ remota remouet̄ effect̄. remoto autē me
dio p̄tingētī nō remouet̄ p̄clō necaria: vt p̄z satis d̄ se. q̄re z̄.

Dubitarur coiter hic. q̄ vulnus siue strāgulatio ē p̄ se cau
sa mortis. et tñ mors est effect̄ necessari: cūz sit ipole aliq̄d
mortuū redire posse idē nūero. vulnus at̄ est res cōtingens
siue strāgulatio. q̄ aliqua cā cōtingēs alicui effect̄ neces
sary pōt eē p̄ se cā. z̄ q̄ p̄b̄s. z. p̄b̄y. dic̄ q̄ si p̄missē sint z̄ eē
nō ecōtra. et exemplificat de ista p̄clōne. triāgulus h̄z tres an
gulos. stabit igif s̄m̄ eū p̄clōnem istā eē verā: q̄nis significa
tū p̄missarum nō sit. et per n̄s significatū p̄missaz ē res con
tingēs. Cū igif ista cōclusio sit necessaria et demonstrata p̄ cāz
sequitur cōtingens aliq̄d esse per se cā necy effect̄ns. **A**d
primum obmissio mō respōdēdi quozūdā: dicit̄: q̄ ita mors
est effect̄ cōtingens sicut et vulnus siue strāgulatio: sicut cō
tingit fortē vulnerari: ita cōtingēs est ipm̄ mori. q̄m̄ ipē pōt
mori: et pōt nō mori. Et si arguat̄ q̄ mors est p̄petua et p̄ n̄s
est effectus necessarius. negandū est āns. mors. n. s̄z. nō ali
ud est realiter q̄ corruptio ipsius. corruptio aut̄ fortis soluz
babet esse dum s̄z. corūp̄it̄: s̄ post primū non eē ipsius nō
ampli est ista corruptio. Et per hoc p̄z: q̄ negāda ē illa n̄a.
ipossibile est nāliter corruptū redire idē numero. ergo mor
tuo s̄z. ei mors est effectus necessari. Et si arguat̄ sic. cor
rupto s̄z. p̄petuo vey erit s̄z. eē mortuū. q̄ mors s̄z. erit ef
fect̄ p̄petuus. negatur n̄a. q̄ fortē eē mortuū non ē neq̄
erit aliquis effectus. Sicut licet verum sit: adā eē mortuū.
non tamen adam esse mortuū est aliqs effectus. Et si esset
aliquis effectus nō eēt effectus positiu: de quo maxime est
p̄mo in p̄posito. dicere autem q̄ vulnus non est per se et im
mediata causa mortis: s̄ trāsmutatio elloz aut primaz q̄li
tatū ipsoz est imediata et necessaria ipsi causa: est res paruz
fūdāmētī. siue enī s̄z. moriatur morte nālī p̄ resolutionem
caloris naturalis siue accidentali. vt febre aut vulnere aut
strangulatione vel alia simili causa: contingit taz paruz i
elemētis ei vel primis qualitibus eoz fieri trāsmutatio
nem: q̄ multo maiorem s̄z. tollerare pōset sine depditiōe
vite. q̄re illa r̄nsio nulla. **A**d scōaz. omīssa etiam r̄nsione
quozūdā. dicit̄: q̄ Aristot. itentio fuit illd q̄d in logica cōi
ter dicitur. v̄z. q̄ si alicui boni silli p̄missē sint vere: conclo
etiam est vera. nō aut̄ seq̄t̄ ecōtra. Cū aut̄ exemplificat Ari.
de illa p̄clōne. triāgulus habet tres. dici pōt q̄ exēpla ponit̄
mus: nō vt ita sint: s̄ vt sentiāt qui adiscunt. Vel dicitur q̄
sufficit ad intentionem ipsius: q̄ lz sequatur si triāgulū ha
bere tres sit verum. etiā p̄missē quibus sic demonstratur
sunt vere. hoc solū seq̄t̄ d̄ mā nō aut̄ d̄ forma. quare z̄.

Amplius si aliquis nesciuit rez nūc h̄ns rōne et
saluatus ē salua re nec est oblit̄ nec prius sciuit.
corūp̄etur aut̄ vtiq̄z mediū nisi sit necessariū. q̄re
hēbit q̄dē rōne re salua. nesciuit autēz. neq̄z ergo
prius sciuit. Si vero non corruptū est: p̄tingit aut̄
corūp̄tū q̄d accidit vtiq̄z erit pole et p̄tingēs: s̄ ē i
pole sic se habentem scire.

Pōnit scōdam rōnem ad quā formā dā p̄supponit q̄ q̄tuor
 modis p̄cipue cōtingit aliquā sciam deperdi. vno mō deper
 dendo rōnem siue argumentationē p̄ quā illaz sciam aliqs
 acquirit. Alio mō p̄ corruptionē scientis. Tertio mō per cor
 ruptionē rei scite. Ultimo mō p̄pter obliuionē rei de q̄ scia
 habetur. Hoc supposito ita sit: q̄ p̄ aliq̄d mediū cōtingēs sci
 atur sc̄lo necessaria: & corrūpatur illud mediū. & sequitur q̄
 tūc non scitur sc̄lo. nō enī p̄prie scitur necessariū p̄ aliquod
 falsū. & tūc nō erit deperda ratio: neq; corrūpt⁹ erit homo
 sciēs: neq; res scita est corrūpta. neq; homo sciens tunc est
 oblitus: vt pono. ergo neq; eadē conclusio pri⁹ sciebatur p̄
 idem mediū anteq̄ eēt corrūptū. tenet om̄ia per suppositū.
 q̄ si prius scita fuisset & postea non sciretur hō eēt p̄p̄ aliquā
 istarū carū quattuor: quaz tū nulla cōtingit sic ponit i casu.
 Et si dicat q̄ mediū nō ē corrūptū licet sit contingēs. ponat
 igit̄ ipm corrūpi. ex hoc enī nullū d̄z accidere ipossibile: q̄re
 cōcludit̄ vt prius q̄ ipole est sic se habentē vere scire. q̄n̄ .s.
 mediū p̄ q̄d cōclusio scif fuerit corrūptū. Circa illā partē
 cōiter dubitat̄ q̄rū ad illas quattuor cōditiones deperdedi
 sciaz. p̄mo q̄z vbi ad eadē cōclusionē plures adducāt rōnes
 stat vnā illaz rōnū deperdi altera remanēt: & p̄ om̄s rōne d̄
 perda sciētia cōclōnis poterit remanere. C̄ 2^o videt̄ q̄ nō
 corrūpat̄ scia corrūpto sciente: q̄ post mortē hoīs remanent
 spēs itelligibiles & habit⁹ rā practici q̄ speculatiui i ei⁹ itelle
 ctu. q̄ hoīe corrūpto māet scia quā pri⁹ hūit. an̄s q̄dē notū ē
 cum aīa sit locus sp̄erū p̄ p̄m tertio de aīa. C̄ 3^o videtur q̄
 nō corrūpat̄ scia p̄ corruptionē rei scibilis: q̄ nulla rosa aut
 pluuia exīte habem⁹ sciaz de illis: vt p̄z. C̄ 4^o videt̄ q̄ nō
 deperdat̄ scia p̄ obliuionē. q̄ fm̄ p̄m i de memoria & remi
 niscētia. reminiscētia est inuestigatio obliti p̄ memoriā: s̄z re
 manētē inuestigatiōe remanet scia. igit̄ r̄. C̄ Præterea vi
 detur: q̄ bec cōditio quarta coincidat cū prima. q̄ deficientē
 rōne seu argumentatōe. sequitur obliuio & ecōtra. C̄ Ad
 primū dixerūt q̄daz: q̄ ad sciaz potissimā alicui⁹ sc̄lonis nō
 p̄t nisi vna ratio adduci. illa. s̄. q̄ fūdatur sup̄ mediū potissi
 mo. vni⁹ aut̄ sc̄lonis solū ē vnum potissimū mediū. sicut ad
 demonstrādū triāgulū h̄re tres angulos dem̄stratōe potissi
 ma solū cōcurrūt triāgulū habere angulū extrinsecū equa
 lentem duobus intrinsecis sibi oppositis. de tali autēz scien
 tia potissima Aristō. intelligit. & per om̄s ratio non procedit.
 Contra hanc responsionem cōiter arguitur. q̄ eadem cō
 clusio potest per plures causas demonstrari essentielles & i
 mediatas. & per cōsequens plura potissima media ad eadēz
 cōclusionem adduci possent. assumptum patet de mēte Ari
 scō huius. vbi gr̄a exempli dicit: q̄ ista p̄positio. angulus q̄
 est i semicirculo est rectus. demonstrari potest per gen⁹ cāe
 formalis: & per genus cāe materialis. & huius exempli veri
 ficatio videbit̄. & hui⁹. Ibidē etiā dicit q̄ mediū diffō & cau
 sa idem sunt. sicut igit̄ eiusdem rei plures p̄nt eē cause im
 mediate i diuersis generibus causaz. & cōsequenter diuerse
 diffinitiones: sequitur q̄ eiusdem sc̄lonis plura potissima
 media esse possunt. Hoc responsio q̄uis non sit ad mentēz
 Aristō. vt puto: dicere possit: q̄ s̄z eiusdem conclusionis plu
 res cause immediate esse possunt: p̄ quas potest demōstra
 ri. sola tamen vna est potissima ratio ad istā cōclusionēz vel
 illas: que omnes per se causas aggregant illius cōclusionis.
 vel que cām includit principaliorē. & d̄ tali potissimo me
 dio diceret̄ bec responsio se intelligere. C̄ Aliter tamen r̄i
 detur cōcedendo: q̄ eadem conclusio per plura media de
 monstrationibus p̄p̄ quid demonstrari potest. nūqd̄ autem
 omnes ille demōstrationes potissime dici debēt vel nō hic
 non facio difficultatem. Et cōiter dicitur cōcedendo: q̄ cor
 rupta ratione super vno medio fundata: corrūpatur scia q̄
 per illam rōnem habetur: q̄uis scientia que per aliam ratio
 nem habetur remanere possit. Et intelligo vbi corrūpatur
 ratio non solum quo ad actum apprehendendi: sed etiā quo

ad habitum ipsius. Istud autem exemplum de ista conclu
 sione. triāgulū h̄z tres. non obstat: q̄m̄ om̄es geometrie nō
 nisi per vnū mediū siue vnū genus eē dem̄strari possunt. v̄z.
 per genus cause formalis: vt inquit cōmentator in p̄hemio
 physicozum. C̄ Ad 2^m dicunt quidam fuisse intentionem
 Aristō. vnicum esse intellectum in omnibus hominibus: in
 generabilem & incorruptibilem. & per consequens noluit
 intellectinam aīam prius informare corpus humanū: de in
 de ab eo separari: vt illa ratio p̄supponit. sed hanc respon
 sionem puto falsam vt dixi in questionib⁹ tertij de anima.
 Tenendo igit̄ opinionem veram: animam a corpore sepa
 rari post mortem ipsius: vno modo potest dici negādo an̄s.
 sicut enim corrūpantur fantasmata & sensus in corrūptio
Certior autem et prior est scia quecūq; ipsi⁹ qz et p̄pter qd eadem est. sed nō est ipsius extra eē que est p̄p̄ qd. ¶ Hoc est 2^m capitulū b^o tractat⁹ in q̄ post q̄ Ari. i. p̄cedētī determinauit de demōstratiōe p̄paratiue: n̄ter determinādū est d̄ scire qd ē effectus demōstratiōis p̄paratiue p̄parādo. s. vnū scire ad aliud vel ad alios hitus. siue vnam scientiā ad alias. et primo comparat scias iter se. 2^o scientiā opinionī. et alijs habitibus. ibi. Scibile autē et scia. Itē p̄mo p̄parat scias adinuicēz in certitudine. Scōdo de vnitāte et earum alteritate determinat ibi. Una autem scientia est. Prima diuiditur in tres s̄m q̄ tres pōit cōclōnes. ¶ Prima s; est ista. illa scia q̄ simul eiusdē rei considerat qz. et p̄pter qd. certior est illa que soluz cōsiderat qz: separatū a p̄pter quid. hec conclusio non p̄batur in textu. sed a linconiese p̄batur sic. illa scia que facit cognoscere de eadem re hoc et illud certior est illa que facit cognoscere alterum t̄m. ergo rē. ¶ Item cognoscere p̄pter quid tantū perfectius est q̄ cognoscere qz t̄m. vt patuit in p̄cedentib⁹. ergo cognoscere qz. et p̄pter quid. p̄fecti⁹ est q̄ cognoscere qz. t̄m. et per cōsequens cōclusio vera. Possent hic aliqua notari et dubitari de quibus videat̄ in questione.

¶ Et que non est ex subiecto illa que est de subiecto. vt arithmetica armonica.

¶ Secunda cōclusio. scientia magis abstracta certior est et prior scientia minus abstracta: sicut arithmetica certior est

et prior q̄ musica: hec conclusio. probatur a linconiese sic. scientia magis abstracta est de rebus secundum naturam prioribus et absolute certioribus. ergo rē. consequētia et antecedens patet: geometria namq; propter hanc causam est certior perspectiua. et arithmetica certior musica. et sic de alijs. ¶ Secundo potest argui sic. sciētia minus abstracta vtitur principijs scientie abstractioris. vt perspectiua vtitur principijs geometrie. et per consequens sciētia magis abstracta est prior. Item scientia magis abstracta magis separatur considerationem suam a transitu mutabilitatis materie. que magna videtur incertitudinis causa. per consequens ergo est certior. ¶ Notandū primo cum dicitur q̄ ista que non est de subiecto certior est rē. per subiectum intelligere debemus materiam transmutationis. et p̄sertim materiā sensibilem: vt sit sensus: q̄ ista scientia que non est de subiecto. idest que considerationem suam abstrahit a materia transmutationis sensibili certior est rē. ¶ Notandum secūdo circa exemplū philosophi q̄ arithmetica considerat de numero abstracto non ad certam materiam applicato. musica vero considerat de numero ad certā materiam applicato. videlicet sonoro. et per consequens: arithmetica abstractior est a materia siue a subiecto sensibili q̄ musica. ¶ Dubitatur. quia hec conclusio videtur in sententia eadem cū precedenti. nam illa scia que cōsiderat quia. et propter quid. eiusdem rei abstractior est illa que solum considerat quia. qualiter geometria et arithmetica se habent ad perspectiuā et musicā. quare iste rationes nō differūt. ¶ Ad hoc primo dicitur q̄ nō ē vniuersaliter verum omnē sciam cōsideratē quia. et p̄pter quid. abstractiorē esse sciam solum cōsideratē quia. nālis. n. p̄hs de multis considerat p̄pter quid de q̄bus perspectiuus solū cōsiderat quia. et tamē perspectiua abstractior ē naturali philosophia. Quidā etiā dicunt q̄ cū aristo. hic p̄paret sciam subalternantem ad subalternatam nō o; q̄ omnis scia abstractior sit subalternās et minus abstracta sit subalternata. geometria enī abstractior ē naturali phiā q̄uis naturalis phiā non sibi subalternetur. ¶ Scōdo dicit q̄ q̄uis cōcederet istas cōclusiones esse materialiter idē. formaliter tamē valde sūt diuerse: quoniā diuersis fūdant̄ fundamentis. fundatur. n. prima super habitudine cause ad effectū. notitia. n. alicuius rei habita per cām certior q̄ notitia ipsius per effectum. effectus. n. per causam fit nobis certius: s; propter quid vnumq̄q; tale et illud magis. ergo rē. Scōda vero fundatur super habitudinem forme ad mām. forma. n. est notior materia: neq; cognoscitur materia nisi per analogiam ad formas: vt habetur primo physicoz. q̄re scia formalior erit certior et prior. talis autē ē scia magis abstracta. quanto. n. magis elongat considerationem suam a mām tāto formalior v̄. quare ē absolute certior et prior.

¶ Et que est ex minoribus ea que est ex appositione vt geometria et arithmetica. Dico autē ex additione vt vnitā suba est sine positione. Pūctus autē substātia posita. hoc autē est ex appōne.

¶ Tertia conclusio. scia que est ex paucioribus certior est illa que est ex additiōe: sicut arithmetica certior ē geometria. probatur a linco. sic. ista que est ex paucioribus est de rebus simplicioribus. tales autē sunt natura priorēs. ergo rē. Deinde declarat p̄hs quid intelligat per esse ex additione dicens: q̄ pūctus se habet per quandā additiōē ad vnitatem. nā vnitās absolute est substātia rei. non dicēs positionēz in continuo. pūctus vero ē substātia posita sine habēs positionem ī continuo. quare pūctus aliquid superaddit vnitati. cū igitur arithmetica principaliter sit de vnitāte: et geometria de puncto. videtur geometriam ad arithmeticam se habere secundum quandam positionem. quare est certior et prior. ¶ Notandum q̄ scientiam esse ex paucioribus intelligim⁹

esse de his que minus se habent fm quandam additionem huius ad alterum. ecōtra vero intelligimus sciētā aliquas eē ex additōe. q̄r p̄ct^o se hz ad vnitatē. ¶ Dubitat^r p̄^o cir ca exēplū p̄hⁱ: qz vnitās ē p̄n^m q̄tītatis discrete: r p̄ sequēs non est substantia: cuius oppositum dicitur in textu. similr p̄ctus est principium q̄tītatis ctinue. quare nō est substan tia sicut p̄h^s dicit. ¶ Ad hec dupliciter responderi pōt. vno mō q̄ aristo. locutus est fm opinionem platonis: sicut ple riqz facit presertī in libris logice. r hoc p̄vīā exēpli. pla to enī posuit vnitatē que est principium numeri eē de substā tia cuiuslibet rei. nō enim distinguebat inter vnum qd̄ con uertitur cū ente: r vnū qd̄ est principium numeri. sicut igi^r vnū auertibile cū ente est de substātia cuiuslibet rei que ad modum ens: sic fm eū vnitās que est principium numeri est de substātia. cuiuslibet rei. p̄sequēter numeri sunt d̄ substā tia rerum. consequēter dixit plato q̄ vnū recipiens positio nem in continuo habet rationē puncti: r est punctus. vnde diffinitive dixit q̄ vnū est s̄ba nō habēs positionē: r p̄ctus est substātia habens positionē. r sic p̄ctus supra vnitatem addit positionem in cōtinuo. sic ergo ex vno causantur oēs cōtinue q̄tītates. nā p̄ctus motus facit lineas. linea mota facit superficiem. superficies mota facit corpus. r qz nō di stinguebat inter corpus de predicamento substātie: r corp^o de predicamēto q̄tītatis: cōcessit oē corpus ctinū cōponi substantialiter ex p̄ctis: r per cōsequēs punctum eē de sub stantia ipsius. iō appellat punctum substātiā: r p̄pter hoc dicebat certiorē eē geometria: sicut ēt aristo. hic dicit. nam q̄tītates cōtinue: de quibus cōsiderat geometra: se habent p̄ q̄dā appositionez ad numeros: de quibus ē arismetica. dicebant. n. platonici numeros eē formas magnitudinū: vt puta vnitatem eē formam p̄cti. binarium formā lineę: euz ad duo extrema terminetur: trinarium formā superficiē cū p̄ma superficies angularis trib^o anglis cōcludat. q̄ternariū vero ponebāt formā corporis: eo q̄ prima figura corporea ē piramis triāgularis que q̄tuor habet angulos corporales equales. Aliter respōderi potest fm vnā opinionem aristo. q̄ substātia multipliciter accipitur vt habetur. 5. metaphy. vno modo put distiguit^r tra accidēs. alio mō p̄ eētia rei. tertio p̄ eo qd̄ alicuius diffinitionē igreditur. r p̄sertī eētia les. quarto p̄ eo sine quo res eē nō p̄t. ¶ Ad p̄positum igi^r dico q̄ vnitās que ē p̄cipium numeri non ē s̄ba. p̄io mō cū sit accidēs. ē tñ s̄ba sc̄do tertio r quarto modo. p̄z. qz vni tas ē de eētia nūeri r ps̄ integrali p̄i^o. Itē vnitās diffinitio nē numeri igredit^r eētiale: r sine vnitate numerus eē nō p̄t. Aristo. aut presertī itellexit sc̄do vl̄ tertio mō. de p̄cto vero dicit ip̄z nō eē s̄bam p̄io mō: cū sit accidēs. ē tñ s̄ba q̄ti tatis ctinue: nō sc̄do: s̄z tertio vl̄ q̄rto mō. p̄z. qz q̄tītās ctina nō cōponit^r ex p̄ctis. p̄ctus tñ igredit^r diffinitionē lineę: r sine p̄ctis nō pōt eē illa q̄tītās ctinua. Verūtñ p̄ct^o addit supra vnitatē positōem i cōtinuo. quilibz. n. p̄ct^o ē vnū r i diuisibile: p̄tes cōtinui sibi inuicē ctinuatās seu situatās cō iūgēs. Arist. igi^r itellexit p̄ctū eē s̄baz. tertio mō. qz. s. diffi nitōez igrediēs q̄tītati ctinue: r p̄ s̄ p̄z p̄pleta r̄sio ad du^o. ¶ Sc̄do dubitat^r. nā videt^r tertiā r sc̄daz r̄clonē adinuicē cōcidere. qm̄ idē est aliquā sciaz magis eē abstractā r ip̄az esse ex paucioribus siue ex simplicioribus sicut themistius r linconiesis exponit. r sic altera istaz videt^r superflue po sita. ¶ Ad hoc cōiter responde^r. p̄mo r̄cedēdo q̄ iste cōclu siones magnā habent iter se r̄formitatē eo q̄ vtraqz itelli git q̄ scia formalr certior ē r p̄ior. verūtamen d̄nt. qz sc̄da r̄clō respectū hz ad mām sensibile: vt illa scia certior dicat^r que magis abstrahit a mām sensibili: qualiter se hnt̄ geome tria r p̄spectiua: cum p̄spectiua materiā sensibiles r̄sideret geometria vero non. Tertia vō s̄. solū hz respectū ad mām imaginabile. vt. s̄ iter scias abstractas a mām sensibili ista cer

tior dicatur q̄ in r̄siderando mām imaginabiles formalior r̄ abstractior existit: sic se hnt̄ arismetica r̄ geo^o. vtraqz. n. de mām imaginabili r̄siderat. v̄z q̄tītate ctinua vl̄ abstracta neqz ab illa abstrahē p̄nt. nō. n. posset mathematic^o de itel ligētys r̄siderare. verūtñ arismetica formalior ē geo^o eo q̄ p̄ctus: d̄ quo p̄ncipalr̄ geo^o r̄siderat. i eius itellectu sitū aut positionē i cōtinuo icludit. vnitās vō de q̄ arismetica con siderat: q̄uis cōcederet nō posse eē sine cōtinuo: vt quidaz dicūt. i ei^o tñ itellectu illd̄ nō icludit: s̄z p̄ itellectū ab oī situ r̄ pōne abstrahit. Et hec est itentio linconiesis sup hoc passū cū dicit. q̄ Ari. hāc itelligit q̄nem de duab^o sciētys que eri gunt^r super res abstractas: illa ē certior q̄ erigit^r sup res sim pliciores q̄ ea que erigit^r super res r̄positiores. r sic ē finis.



Ma autem scientia est que ē vnus gn̄is q̄cunque ex primis r̄ponitur. r partes aut passioēs haz sunt per se.

¶ Determinat de vnitate r̄ alteritate sciaz r̄ primo oñdit vnitatē r̄ diuersitatē eaz p̄ncipalr̄ sumēdā eē ex p̄te suboz r̄ p̄ncipioz. sc̄do p̄seq̄ de subis sepando ea q̄ scia nō r̄siderat: r de prin cipys r̄bi. Eius aut qd̄ est a fortuna. Itē primo d̄rminat d̄ vnitate. r̄ de diuersitate sciaz r̄bi. Altera at scia. In prima ḡ p̄te inuit istā r̄clonē. Ad vnitatē scie q̄tuor regrunt^r r̄diti ones. p̄ia q̄ ip̄a sit s̄bi vni^o. sc̄da q̄ p̄ quedā p̄in^o prima p̄ cedat. 3^o q̄ r̄sideret p̄tes p̄ se illius s̄bi. 4^o q̄ r̄sideret passi ones p̄ se s̄bi r̄ suaz p̄tū. ¶ Notādū p̄: q̄ p̄ sciaz vni^o gn̄is itelligit p̄h^s eē vni^o s̄bi: regrit^r. n. s̄bim eē vnū r̄ non equo cū. nāz sup equocū nō erigit^r scia vna: p̄ hoc cōiter distigui tur q̄ duplex ē genus: p̄dicabile qd̄ per se i p̄dicamēto repo nitur: qd̄dā genus subycibile: ad hoc autē q̄ scia vna hēat s̄bim vnum nō regritur q̄ sit s̄bim vnū genus predicabile quoniam ens est s̄bim metaphysice r̄ tamen non est vnum genus predicabile. est tamen vnum genus subycibile r̄ ana logum. r̄ propter hoc potest esse subiectum scientie. quāuis enim analogia tollat rationem generis predicamentalis: n̄ tamen tollit rationez generis subycibilis in aliqua scientia. equiuocario autem aufert vtriusqz rationem. dicunt ergo communiter q̄ per vnus generis philosophus itelligit sub iectum vnum fm̄ genus secundo modo sumptum: sed non oportet vt sit vnum genere primo mō. ¶ Notādū sc̄do per p̄ncipia prima philosophus hic non itelligit p̄ncipia ab solute prima: sed p̄ncipia que in ista scientia sint prima et per se nota: cum autem dicit scientiam componi ex illis est impropria locutio: sed itelligitur q̄ in p̄cessibus suis scien tia p̄ncipaliter vtitur illis p̄ncipys. ¶ Notandum tertio q̄ partes alicui^o s̄bi quedā sunt subiectiue. v̄z. spēs sub illo genere r̄tente: sicut ysocheles est pars subiectiua trianguli: quedam essentielles: sicut materia r̄ forma partes sunt cor poris mobilis: qdaz itegrales sic membra hominis p̄tes dici m^o corpis humani: d̄ quo p̄ncipalr̄ cōsiderat medicina. ¶ Ad p̄positū igi^r hic p̄h^s p̄ p̄tes s̄bi itelligit p̄tes s̄biectiuas cū ali q̄ scia r̄sideret eētiales p̄tes vt nāl p̄h^s: et aliq̄ itegrales vt medicina. r̄ iō quo ad istas v̄ficari p̄t text^o aristo. d̄ p̄tib^o eētialib^o r̄ d̄ itegralib^o. n̄ tñ q̄lz illd̄ fac. geo^o. n. r̄ arismetri cus n̄ r̄siderāt p̄tes lineę vl̄ numeri eētiales r̄ reales. neqz metaphysica p̄tes entī itegrales. s̄z vl̄ cuiuslibz scie s̄bim cō tinet s̄b se spēs vl̄ aliq̄ se hnt̄ia p̄ mo^m spēs q̄ p̄tes s̄biectiue di ci solēt. ¶ Notādū 4^o q̄ p̄ p̄tes p̄ accūs eē iferi^o ad s̄bim itelligere d̄bem^o qd̄ p̄ accūs cōparat^r cōsiderationi scie: sic linea alba vel nigra partes subiectiue per accidēs lineę vi cuntur: similiter figura turpis r̄ figura pulchra sunt partes per accidēs figure. album enim r̄ nigrum: turpe r̄ pulchrū non sūt de r̄sideratōe geo^o: s̄z sibi p̄ accidēs cōparat^r. n̄ tñ oī vt oē illud qd̄ iferius per accidēs cōiter i logica appellatur

Posteriorū

fit pars subiectina p accidens. linea. n. recta aut linea curua
fm sophistas dicitur inferi⁹ per accidens ad lineam: que tñ re-
spectu considerationis geometrie diceretur pars subiectina p
se: et sicut dicitur aliqua pars per accidens subiecti: sic et ali-
qua passio per accidens ipsius hoīs dici pot. Aristo. igit^r cū
dicit et partes et passiones per se excludit partes et passiones
per accidens vt cōiter dicunt. verūtamen i textu aristo. nullaz
mētionem facit de partibus aut passionibus p accidens: s3
solū itendit qd ad vnitatem scie requiritur considerare partes
subiecti et passiones: partes at attribuunt^r ipsi per se in pmo
mō pseitatis. passiones aut subiecto et partibus suis attribu-
untur per se in scdo mō pseitatis.

C Altera aut scia est ab altera quorūcunq3 pnci-
pia neq3 ex eisdē neq3 ex alterutris sūt. Huius at
signū ē cū idemōstrabilia veniāt. opoteret. n. ipa
in eodē gñe eē bis q demōstratur.

C Determinat de diuersitate sciarū: et primo pponit intētū
scdo declarat per signū. Primo igit^r intendit cōclusionem
istam. vna scia est altera ab alia scia: quaz pncipia nō sunt
ex eisdē. neq3 sunt ex alterutris: ita. s. q pncipia vnus nō ē
ex pncipys alterius. hec dclō pot sic pbari. ad vnitatē sciaz
requiritur vnitatis pncipioz. ergo ille scie sūt altere quarū
pncipia sunt altera. tenet psequētia et asūptū patet ex pre-
cedēti dclō. **C** Notādum q quedā scie partiales hnt
dependentia pncipia ex eisdē pncipys: sicut pars illa me-
taphysice in qua determinatur de substātia: et pars i qua d-
terminatur de accidente hnt pncipia cōplexa que depēdēt
ex pncipys fundatis super ente: qualia sūt. de quolibet d-
eē vel non eē. quēcūq3 sūt eadē vni tertio sūt eadē inter se.
Alij exemplificant de pncipys incōplexis dicentes: q pnci-
cipia substātie sunt materia et forma. alia et sūt pncipia ac-
cidentis et depēdēt ex actu et potētia: que ipsi dicūt eē pnci-
pia entis: sed puto eē meli⁹ dicere vt pu⁹. Cum igitur partes
ille metaphysice: i quib⁹ agitur de substātia et accidente: sint
ex eisdē pncipys et nō sint scie penitus altere: similr pars
illa in qua agitur de substātia: et pars illa i qua agit de ente
nō sunt altere: eo q pncipia vnus sunt ex pncipys alterius:
et idē dicitur de parte in qua de accidente consideratur: et hoc ē
qd intelligit pbs cū dicit quarum pncipia nec ex eisdē nec
ex alteris sunt. Et forte meli⁹ textus debz dicere alterutris:
ita q pncipia illaz sciarum nō inuicē depēdēt. Iste est mo-
dus cōis exponēdi. S3 linconiensis alr videt expōere dicēs:
q scie ille sunt altere. i. scie ille sūt penitus diuerse nec eedē
nec subalternate: quarū pncipia nō sūt vnificata in natura
vnus gñis subti: nec in subtiis quoz alterū sit sub reliquo. et
sic per ly eisdē et alteris itelligit subta sciaz. et nō pncipia:
sicut itelligit primus modus exponēdi.

C Signum autem huius est cum indemonstra-
bilia per se ipa in eodē genere sunt et proxima.

C Primo declarat intētum a signo. scdo remouet dubium
tacitum ibi. Plures aut demōstratiōes. Littera ista duplr
introducūt. qdaz enim introducūt qd alteritatē scientiaz esse
ex alteritate pncipioz cōprehendemus quando resoluent^r
ad idemōstrabilia. o3. n. ipa eē in eodē gñe cū bis q demōstrā-
tur: cui⁹ signū est: qz ista que demōstrantur p ipa idemōstrabi-
lia prima illis demōstratis sūt i eodē gñe. quasi dicat pbs.
q quādo deuentū erit ad idemōstrabilia si ipa fuerit eadem:
scie non erunt altere: si vero fuerint altera: sciētie erūt alte-
re: ppter ea q indemōstrabilia pncipia sunt in eodē genere cū
bis que demōstrant. **C** Aliter introducitur fm linconiensē. v3
q signū q ille quatuor noiate dditiones requirūtur ad vni-
tatem scie est quādo scia resoluta fuerit ad imediata. si enī
pncipia fuerit vnificata in genere vno et proxima cū partib⁹
demōstratis et accidentib⁹ per se demōstratis erit scia vna et c.

Iste expositiones parum differunt in s3la.

C Plures aut demōstratiōes eē eiusdē possibile
est: nō solū ex eodem ordine accipiēt^r si cōtinuū
mediū. vt eoz q sūt. a. b. c. et d. et 3. s3 ex altero
vt sit. a. trāsmutari. i quo aut. d. moueri. sed. b. le-
tari. et itez. i. quiescere. vtz ē. g. a. et d. de. b. et a. d
d. p̄dicari. letās enī mouet: et qd mouet: trāsmu-
tat. itez et a. de. i. et i. d. b. verū ē p̄dicari. ois. n.
letās quiescit et quiescens trāsmutat. qre per altera
media et nō ex eodē gñe syllogismus ē. qre ē neu-
trū de neutro dici medioz. necesse enī est idē ali-
cui vtrūq3 iesse. itendere. aut ē et p alias figuras
quot modis p̄tigat fieri eiusdē syllogism.

C Ex his que dicta sūt de alteritate sciarum posset aliquis
credere q eadē conclusio nō posset per plura media demō-
strari. nā media sunt pncipia demōstrationis. ad hoc ergo
remouendū pbs ponit hanc cōclusionē. plures demonstra-
tiones ad eadē cōclusionē adduci possūt: siue assumatur
mediū non cōtinuū et eiusdē ordinis: siue assumantur media
alteri⁹ et alteri⁹ ordinis. hec dclō solū declarat exēplariter.
Nā conclusio qua cōcluditur. b. eē demōstrari poterit per
c. d. i. et 3. que sunt media eiusdē ordinis. poterit et demō-
strari per media diuersoz ordinū. vt sit. a. trāsmutari. d. sit mo-
ueri. letās vero sit. b. quiescere sit. c. tūc poterit argui sic. oē
d. est. a. oē. b. est. d. ergo omne. b. est. a. i. oē qd mouetur trā-
smutatur. oē letans mouetur. ergo oē letans trāsmutatur.
poterit et argui sic. omne. c. ē. a. omne. b. est. c. ergo oē. b. ē. a.
i. oē qd quiescit trāsmutatur. omne letans quiescit. ergo oē
letans trāsmutatur. sicut ergo he due demōstrationes p me-
dia nō eiusdē ordinis. et iō vnu illoz medioz de reliquo pre-
dicari nō pot. tamē necesse ē vtrūq3 mediū iē eadē tertio. s.
minori extremitati. deinde subdit pbs q nō solū in prima si-
gura: s3 et i alijs istō p̄tigat vt ad eadē gñe p̄la adducāt me⁹.

C Notandū pmo circa textū q ad eandē dclōnez adduci
pnt p̄la media se hntia fm quedā ordinē. et h duplr. s. aut s3
ordinē cāe et cāt: aut superioris et inferioris. Exēpluz pmi. vt si
ab homine pmo fluat passio disciplinabile. et post disciplina-
bile risibile. et sic deinceps: poterit risibile de hoie demō-
strari p aīal rōnale. et p disciplinabile tanq3 per medium demō-
strationis. Exēplū scdi. sic hnt tres pot de isto triāgulo demō-
strari p triāgulū et p ysochelē: que se habent fm supius et inferi⁹. Di-
cit aut mediū alicui extremitati nō cōtinuū qñ iter ipz istā
extremitatē iterponitur medium aliquod fm eundem or-
dinem. vt si per aīal rōnale risibile de hoie demōstrat: licz
mediū eēt cōtinuū minori extremitati: nō tñ esset cōtinuum
maiori. et si non p disciplinabile demōstraretur esset cōtinuum
maiori. et discōtinuū minori extremitati. sicut p̄tigere posset
vt mediū esset vtrūq3 discōtinuū: s3 pbs solū itēdat. vt pu-
to: de discōtinuitate medij cū maiori extremitate. Similr
si de hoc singulari triāgulo demōstraretur habere tres p angu-
lum hnt extrinsecū: aut per triāgulū tanq3 p medium: tūc
mediū non erit cōtinuū maiori extremitati. et per idē p̄tigi-
re posset vt demōstrat per medium discōtinuū minori aut
vtrūq3. **C** Notandum scdo fm aliquos q hec dclō est in-
troducitur ab Ari. vt ostenderet q diuersitas demōstrationū
ad eandē dclōnez qñq3 ad eandē sciam pertinet: vt qñ
media fuerint eiusdē coordinationis: quādoq3 vero ad di-
uersas scias: vt quādo media nō fuerint eiusdem ordinis: si-
cut terram esse rotundam ab astronomo demōstrat p eclī-
psim solis et lune. et a nāli per motū grauiū ad centrū. et hec
sunt media non eiusdem ordinis. vt p3. **C** Dubitatur pmo
circa exēplū. qz videt pbs dcedere q letans mouet et quie-
scit. sed hec implicat contradictionē. vt patet. **C** Cōfirmatur.

quia contraria non possunt esse causa eiusdem effectus: sed mo-
ueri et quiescere sunt contraria, ergo non possunt esse causa quae le-
tas transmutetur. **S**ecundo dubitatur quia in prima dem-
onstratio videtur esse negatio: quoniam moueri et transmutari oio idem
importat. **T**ertio dubitatur quia dicitur philosophus quod moueri et transmutari neu-
trum de altero predicatur: et postea subdit quod necesse est ista eadem
esse: sed hoc implicat contradictionem, nam quaecumque sunt
vni tertio eadem: sunt eadem inter se: et per consequens alterius
illoz de altero predicabitur. **A**d primum varie dan-
tur responsiones. **P**rimo quod letas dum est in fieri siue in acqui-
rendo letitiam mouet: sed in facto eadem est acquisita quie-
scit, et sic idem letans mouetur et quiescit: sed in temporibus di-
uersis. **S**ecundo quod letas dum est in acquirendo letitia partim
habet de termino ad quem et partim est acquirendum, sub eo: quod
est acquisitum dicitur quiescere, ad illud autem quod est acquirendum
dicitur moueri, et sic procedendum est ipsum simul moueri et quie-
scere: scilicet respectu diuersorum terminorum. **T**ertio dicitur quod
quod duplex est delectatio, scilicet sensibilis et intellectualis, illa igitur
propositio, omne letans mouetur, vera est de delectatione sen-
situa loquendo: que continue in motu existit, qui, nisi sensibiliter
delectatur sepe anhelat ad aliquid ulterius habendum: et de
ista loquebatur plato, illa vero, omne letans quiescit, verificatur
de delectatione intellectuali presertim cum fuerit simplex et
optima. **H**ec responsio pati posset instantiam: quia equiuoce ac-
cipit minorem extremitatem: et sic non esset eadem conclusio
in utraque demonstratione. **E**t ideo quidam alij posteriores di-
cunt utraque illarum propositionum verificari de delectatione
sensibili: quoniam qui sensibiliter delectatur, non perfecte delectatur
et semper anhelat ad aliquid ulterius habendum: ratione igitur
habiti quiescit, ratione vero habendi mouetur, scilicet ad appetendum.
Quarto respondet lico, quod per transmutari subitam transmuta-
tionem intelligere debemus, per moueri autem motum successiuum,
per letitiam autem philosophus illum intelligit: qui in fine mo-
tus quo inclinabatur ad rem appetitam iam incipit letari:
ante ergo quam letas ad illum finem perueniat virtus appetitiua
anhelat ad consequendum obiectum quod appetitur: et eius inclinatio
vocatur appetitus, species vero obiecti mouet ad illud
prosequendum. **C**um autem letas ad illum peruenit finem: eius
appetitus conuertitur in amorem, adheret enim rei: quam conse-
cutus est amare, et optinet quam prius appetebat: et spes in le-
titiam conuertitur: quia, scilicet per speciem istam non amplius moue-
tur, sed potius letatur. **D**icit ergo ulterius lico, quod letans tali
acquisito sine simul mouetur et quiescit, quiescit, nisi in adheren-
do obiecto prius appetito et modo obtento, mouetur autem
quia tali obtento obiecto: et acquisita letitia anima diffundit
spiritum et sanguinem ad exteriora, et istud moueri non oppo-
nitur quieti predictae. **I**dem etiam letans dicitur subito trans-
mutari, primo quia subito in quietem sub re obtenta trans-
mutatur, omnis enim finis vnus subita mutatio esse vide-
tur, secundo quia in nouum motum subito mutatur, videli-
cet expansionem sanguinis et spirituum, hoc etiam modo ut ipse dicit
omne quod mouetur, et omne quod quiescit subito transmutatur, per mouentes
intelligendo incipientem moueri, et per quiescentem incipientem quiesce-
re sub finali termino motus. **Q**uinto potest aliter et facilius rati-
onari quod per moueri quiescere et transmutari philosophus intelligit aptitu-
dinem: ita ut sit sensus quod omne letans ut sic est aptus moueri et
quiescere, et per omnes transmutari, sic, nisi in philosophia solemus has propo-
siones concedere: id quod mouetur quiescit, et quod quiescit mouetur: terra
extra locum suum posita mouetur, et in loco suo posita quiescit, quia, scilicet
illi cui de natura sua competit moueri etiam de natura sua quiescere compe-
tit, ut terre cui competit moueri competit et quiescere, et contra
sicut quod ipsa fuerit in loco suo vel extra locum suum, et hoc intelligit de
corporibus in hoc mundo inferiori. **A**d confirmationem primo
dici potest quod moueri est causa transmutari: quiescere vero est eius effe-
ctus. **S**ecundo dici potest iuxta rationes precedentes quod moue-
ri ante finem motus et quiescere in fine motus: aut moueri ad ali-

quod acquirendum, et quiescere sub adquisito non variantur. **T**ertio
sicut ratione linconiensis precedentem diceret quod moueri et quiesce-
re ex quibus sequitur letans transmutari non variantur cum sint pe-
nitus generum diuersorum, ut patet ex precedentibus sicut ipse. **U**ltimo
dici potest ut dicit et linconiensis quod sicut eadem res naturalis
ex duobus ponitur sic non inconuenit casus diuersus eiusdem effectus
naturalis esse casus, et per omnes demonstrationes in naturalibus ex contra-
riis medijs procedere ad eandem finem: ille tamen non erunt potissi-
me demonstrationes: scilicet vel neutra istarum est potissima: vel saltem al-
tera. **U**ltimo dici potest sicut multum ratione precedentem quod ap-
titudine ad motum et aptitudine ad quietem et respectu eiusdem obiecti
non variantur: per moueri autem et quiescere a se, aptitudine itel-
lexit, ut in precedentibus dictum fuit. **E**x qua ratione patet quod aliter
hec est vera, omne quod mouetur quiescit: neque alie rationes videntur pos-
se illam saluare. **A**d 2^o dubium potest primo dici quod scilicet moueri
et transmutari conuerterentur: non tamen sunt penitus sinoia, risibile
et animal rationale conuertuntur et tamen alterum per alterum dem-
onstratur. **S**ecundo et securi^o responderi potest sicut ratione linconiensis negan-
do quod moueri et transmutari inuicem conuertantur sicut quod hic acci-
piuntur, videlicet moueri per motum successiuum, et transmutari per subita
transmutationem. **A**d ultimum dici potest quod moueri et quiescere
actu respectu eiusdem obiecti non de se inuicem predicantur scilicet
eadem subo inesse possunt, sed in temporibus diuersis. **E**x quo
non sequitur quod inter se sint idem. **A**lii dici potest quod moue-
ri et quiescere siue respectu eiusdem termini siue respectu di-
uersorum non de se inuicem predicantur, nunquam enim hec est
vera, moueri est quiescere, et tamen simul eidem inesse pos-
sunt, idem enim simul mouetur et quiescit respectu diuerso-
rum terminorum: sicut etiam albedo et nigredo non de se in-
uicem predicantur: et tamen eidem subiecto actualiter insunt saltem
in gradibus remissis. **A**lii et forte melius dicitur quod in-
tentio Aristotelis fuit, ut neutrum illorum de altero predi-
cetur predicatione propria, videlicet tanquam superius
de suo inferiori. **E**t ex hoc respondere volebat quod ista non
sunt media eiusdem ordinis: cum quo tamen stat quod ista
duo simul eidem inesse possunt secundum aliquem de mo-
dis predictis. **E**t sic est finis.



Sed eius quod est a fortuna non est
scilicet per demonstrationes, neque enim
sicut necium est neque sic frequenter quod est
a fortuna, scilicet quod extra hoc fit, scilicet dem-
onstratio alteri^o bonum est. **D**is, nisi syllo-
gism^o aut per necessarias aut per eas que sunt tanquam fre-
quenter propositiones, et si necesse quidem sint propo-
siones et conclusio necessaria est, si vero sunt sicut
frequenter conclusio huiusmodi est, quare si id
quod est a fortuna non est sicut frequenter neque est
sicut necium non vtrique erit ipsius demonstratio.
Primo separat quedam consideratione scientiarum, secu-
do determinat de principijs scientiarum ibi. **E**adem autem
principia etc. **P**rima diuiditur in duas sicut quod duas probat co-
clusiones. **S**ecunda ibi. **N**eque per sensum etc. **P**rima co-
clusio est ista, de effectu eueniente a fortuna non est scientia
per demonstrationem: probatur sic, omne illud de quo est
scientia per demonstrationem: aut est necessarium: aut fre-
quenter verum: sed illud quod euenit a fortuna neque est
necessarium neque frequenter verum, ergo conclusio vera,
minor patet per definitionem fortune, secundo philosophorum
vbi dicitur quod fortuna est causa per accidens in his que fiunt
a proposito et extra semper et frequenter, maior probatur, quia cuiuslibet
syllogismi demonstratiui premissae aut sunt necessarie aut frequenter
verae: si frequenter vere conclusio est frequenter vera, quare etc.

Posteriorū

C Primū dubium. de casu et fortuna habetur sciētia tanq̄ de causis effectū casualiū aut fortuitoꝝ. ergo de effectib⁹ fortuitis pōt haberi scia per demonstrationē. cuius oppositū hic dī. tenet p̄na. et assumptū patet. et p̄hycōꝝ in tractatu d̄ casu et fortuna. ibi etiā dicit p̄h̄s q̄ philosophus nālis qui h̄z cōsiderare cās p se habet etiā cōsiderare cās per accidēs de multis effectib⁹ fortuitis. **C** Scdm̄ dubium. q̄libet demōstratio est ex necessarijs. q̄ nulla est ex frequēter contingētib⁹ ut dī in textu: assumptū p̄mo p̄z. per diffōnē demōstrationis. et scire. p̄z scdo de mēte boety in arismetica. vbi dicit. scia est eoz q̄ imutabilē subaz sortiunt. **C** Tertiuū dubiū. illa p̄na nō videt̄ valere q̄ ponit̄ in textu. p̄missē sūt frequēter vere q̄ d̄clo est frequēter vā. sicut enī ex falsis pōt sequi vere. et ex raro contingenti necessarijs ut cōiter in logica patet. sic vel a fortiori ex frequēter cōtingentibus pōt sequi necessarijs. **C** Ad p̄mū multa dici et notari possent magis videnda z̄ p̄hycōꝝ. sed breuiter transeundo remissa supfluitate vborum q̄ cōmunit̄ adducunt: r̄ndetur q̄ scdo p̄hycōꝝ de fortuna et fortuitis h̄z scia. s. cognoscēdo quid sit cā et fortuna. et effectus casualis et fortuitus. et qualr̄ ista p̄ueniāt aut differāt: et hoc fit p̄ terminos gnāles licet aliq̄n per terminos singulares declarent̄ via exēpli ad maiore vel meliore impressionē i aīa disciplinabili: in istis tamē alijs modus repitur p̄seitatis: fortuna. n. per se ut cōiter dicitur fortuna est causa per accidēs et hoc tamē nō obstatē dico q̄ per cām fortuitā: aut casualē ut sic siue i vniuersali siue i particulari sūptā: nō demonstrat̄ effectus casualis ut sic. verbi gratia. nunq̄ demōstrat̄ demōstrabit receptionē pecunie tanq̄ efficiē ex ambulatōe ad for̄ tanq̄ ex cā: siue sumat̄ ambulatio in vniuersali siue ambulatio for̄. i particulari: neq̄ fractiōem capitis demōstrabit ex d̄scensu lapidis siue v̄lter siue p̄ticulārīter sumatur. et hoc ideo contingit: quia effectus fortuit⁹ a cā fortuita p̄ueniēs per accidēs p̄uenit et p̄ter eius itentōez: ab ea ē raro et cōtingenter p̄uenit. de talibus aut̄ ut sic: n̄ habet̄ scia per demonstrationē: et hoc ē qd̄ aristo. hic intendit. **C** Ad scdo dubiū: ut cōiter dicitur. nota p̄io q̄ quādoq̄ causa necessario p̄ducit effectum suum. aliquando vero non. exemplum primi sicut i mathematicis et diuinis. necessario. n. posita equalitate anguli extrinseci duobus intrinsecis sibi oppositis ponitur equalitas triū angulorū duob⁹ rectis. similiter in diuinis. necessario posito tali motu orbis celestiuū sequitur talis effectus aspectus oppositio et coniunctio: et sic de alijs etiā de intelligētis dicatur. exēpluz scdi. sicut in naturalib⁹: licet semen oliue sit causa ipsius effect⁹ aut materialis nō tamen necessario posito semine generat̄ oliua: sed frequēter ex isto generatur. ex quibus patet a p̄io arguendo i rebus naturalibus optime sequitur cā ex effectū. nam si est aut generatur oliua semen eius necessario est aut fuit: a p̄io vero nō sequitur formaliter vniuersaliter a causa ad effectū. i mathematicis aut̄ et diuinis ex causa s̄m actū optime sequit̄ a p̄io arguēdo effectus s̄m actū. **C** Notandū scdo q̄ licet ita sit: si tamē accipiat̄ cā naturalis. et per se s̄m aptitudinē ex isto necessario: sequitur effectus s̄m aptitudinē ut si semē oliue est aptū esse ex isto apta ē oliua gnārī. et sic de alijs. et in hoc differt cā naturalis per se a cā fortuita vel casuali que de se nullam dicit aptitudinē ad effectū casualē aut fortuitū. Ex quo p̄z s̄m aptitudinem demōstrando poterit nālis a p̄io demōstrare absolute ex necessarijs p̄cedēdo: lz̄ p̄missē. et cōclusio s̄m actū non sunt necessarie: sed frequēter vere. **C** Ad argumentū igitur p̄ncipale cōcedit̄ q̄libet demōstrationē esse ex necessarijs. demōstratōes .n. nāles vt plurimū fiunt ex p̄missis et s̄nem aptitudinē de notantibus que ut sic sunt necessaria. cū quo stat q̄ vbi dicerent actum soluz sunt frequēter vere. et hoc est qd̄ philosophus intendit. quedam enī sunt naturalia frequēter contingētia: que t̄n eo modo quo demōstrationē ingrediuntur ne-

cessitatem quādā important. **C** Aliter et facilliter soluit̄ linconiensis: distinguens q̄ quedaz est demōstratio p̄prie dicta. et quedaz cōiter dicta. demōstratio p̄prie dicta solū est ex necessarijs. et hoc p̄bant auctoritates adducte. demōstratio vero cōiter dicta potest esse per frequēter contingētia. et hoc aristo. intelligit in predicamentis. **C** Ad tertium dubium cōceditur: q̄ ex frequēter nō sequitur necessarium. sed omne necessariū est frequēter verum et non econtra. sufficit tamen ad intentum aristote. q̄ si p̄missē alicuius boni syllogismi fuerint frequēter vere: conclusio ad min⁹ erit frequēter vera: lz̄ et possit esse necessaria.

C Neq̄ per sensum est scire: si enim est sensus talis q̄ huius et non huius alicuius: sed tamen sentire necesse est hoc aliquid et vbi. et nunc. vniuersale aut̄ et in omnibus impossibile est sentire: nō enim hoc ē neq̄ nunc. non. n. et v̄lter: qd̄. n. sp̄ et vbiq̄ ē v̄lter dicimus eē: quoniā igit̄ demōstrationes v̄ltes sunt. has aut̄ non est sentire. manifestū est q̄ neq̄ scire per sensum est.

C Ponit̄ scdam conclusionē. et p̄io p̄bat eā. scdo ostēdit eaz eē honorabiliorē cognitioē sensitīua. tertio ostēdit cognitioē sensitīua quādoq̄ multū p̄ficere ad sciaz. ibi scda. vniuersale aut̄ honorabile ē et c. ibi tertia. Sūt t̄n quedā et c. Itē p̄mo p̄bat conclusionē. scdo remouet errorem quorūdā ibi. Sed manifestū est et c. Cōclusio est ista. scia nō est de rebus sēsibilib⁹. vel sub alijs verbis scia nō cōsistit i cognitione sēsitiua. p̄batur sic. scia solū ē de vniuersalib⁹. sed vniuersalia nō sūt sēsibilia. ergo cōclusio vera. maior patet. quia demōstratio solū ē de vniuersalibus. ut i p̄cedētib⁹ patuit. d̄re cū scia per demōstrationē acquiratur scia est solū cū est de vniuersalibus. minor p̄batur sic. quilibet sensus ē alicuius qualitatis que ē huius singularis obiecti. et per cōsequēs nō cōtingit sentire nisi singulare obiectū: qd̄ ē hic et nūc. vniuersale aut̄ nō est hic et nunc. sed semper et vbiq̄. alias enim nō esset vniuersale. ergo vniuersale nō cōtingit sentire. **C** Notandū p̄ intellectu text⁹ q̄ cuilibet sēsui exteriori aliqua qualitas cōrespōdet tāq̄ obiectum p̄prium ipsius: sicut visui color cōrespōdet: auditui sonus: et odor olfatui. hoc at̄ a p̄io eius sēsui percipi non pōt nisi fuerit in aliquo singulari subiecto p̄pter mālitate sensus: et hoc est qd̄ p̄h̄s itendit cū dicit. Si enī est sensus talis. i si sēsus est alicui⁹ obiecti q̄lis: sicut colorati calidi vel frigidi: qd̄ obiectus habet esse in aliquo singulari subiecto. Quidā tamē litteram itroducunt dicētes q̄ aristo. intelligit sēsui esse vniuersalis: sed sentire est particularis: et ideo exponūt sic litteram. Si enim est sēsui talis qd̄ est h̄z. i. si sēsus est rei vniuersalis: et nō h̄z alicuius. i. rei particularis et c. sed s̄m p̄cedētē expositionē exponetur sic: si sensus est talis obiecti qd̄ est alicuius et nō h̄z: qd̄ est alicuius singularis subiecti et nō alterius et c. et hoc magis cōsonat expositioni linco. **C** Dubitatur quia dicit̄ in textu q̄ v̄lter ē vbiq̄ et sēper: deinde dicitur q̄ nō est hic et nūc. sed hec implicat cōtradictionē. ut patz. p̄terea sunt multa vniuersalia que non sunt semper neq̄ vbiq̄. non enim semper c. species est: neq̄ vbiq̄ est rosa aut alia: sed i determinatis regionibus. ut patet. Item si vniuersalia essent vbiq̄ tunc in eodem loco essent omnia vniuersalia. et sic simul essēt. homo asinus et oliua: et sic de alijs quod videt̄ absurdum. Ad hoc varie sūt r̄siones. prima respōsio antiq̄ dicit q̄ v̄lter ē semper et vbiq̄. non intelligēdū est positīue: sed p̄uatiue vniuersale. n. nō per se ē i loco nec i tēpore: sed per intellectū ab oī loco et tēpore abstrahitur. et addunt quidā q̄ sicut materia prima nullā sibi determinat formā. quelibet t̄n succē sine recipit et ad quālibet est idifferēs: sic et vniuersale nullū locū aut tēpus d̄ se sibi limitat et ad quelibet est idifferēs:

Primus

nō. n. ē. in loco neq; i tēpore nisi ratione suoz singularium. & ideo priuatiue abstractiue intellectus dī eē semp & vbiq;. **¶** Scōda est rñsio linconiensis dicens qd vñe est vbiq; qz est in quolibet suoz singulariū. vñe. n. esse vbiq; est ipm esse in quolibet suoz loco. sed singularia sunt loca suozum vñis non tamen vñe est hic neq; nunc qz. s. nunc ita est in hoc singulari qd non in illo. **¶** Tertia responsio. eiusdem linconensis dicit qd vniuersale ē vbiq; quia est in intellectu. intellectus aut dicitur esse vbiq; eo qd omnia itelligere pōt. intellectus aut illic est vbi ē illud qd itelligitur: sicut etiā anima amans est vbi est res amata: sed hoc puto metaphozice dictū. addit linco. qd si diceremus vniuersalia eē ydeas in mēte diuina. aut ydeas situatas in copozibus celestibus: aliter eēt dicēdū: vñe est hic neq; nunc qz. s. nunc ita est in hoc singulari qd non in illo. **¶** Quarta respōsio quozūdā posterioruz dicit qd aristo. hic nō loquitur de vniuersali simplici & absolute: s; d vniuersali cōplexo: videlicet d subiecto in relatione ad passiōē & cām ipsius. & ecōtra. verbi gratia. lunā eē eclipsabilē est semper & vbiq; qz vbiq; & qñcūq; dyametrāl' iterpōitur terra iter solē & lunā luna eclipsatur. nō tñ ē hic & nūc: qd. s. aliquo loco vel tēpore dyametrāl' ista iterpositio eclipsis lune causet: & non alio. Primā rñsio. nē puto magis ppriam & magis ad mentē aristo. Ex quib; ad dubiū patet primo: qd fm oēs respōsiones illa nō implicat vniuersale ē vbiq;: & nō est h neq; nūc. **¶** Ad cōfirmationē p; s; rñsionē p; mā. Scōm linconiensē diceret qd nulla rosa particulari exñte sufficit spēm rose s; aptitudinē esse i quolibet suozum singularium. Et si dicatur qd saltez nō est semper: responderi potest qd ipsa semper est secundum essentiā suā: quia sēper nō fit actu fm eē suozum singulariū. **¶** Ad scōdam cōfirmationē p; s; fm oēs respōsiones.

¶ Sed manifestū qm & si eēt sentire triāgulū qd duobus rectis cōles haberet angulos: qrerem; vñis demōstrationē: & nō sicut qdā fatentē sciremus. Neceffe. n. qdē ē sentire singulariter. Scia aut est in cognoscēdo vniuersale. An & si i luna eēmus viderem; obiectā terrā: n vñis sciremus cāz defectus. sentiremus. n. qm deficeret nūc s; nō ppter qd oīo. Nō enī esset vniuersalis sēsus. Sed ex cōsideratiōe multoties accidēte vniuersalē demōstrationem habemus. Ex singularibus enī pluribus vniuersale ē manifestū.

¶ Quidā dicebāt intellectū & sensū idē esse. & p rñs nullā eē cognitionē nisi sensitiuā. & sic fm ipsos scientia q in intellectu fundatur idēz est quod sentire quod fundatur in sensu. **¶** Ad hunc errorem remouendū dicit philosophus qd quāuis visū cōphenderemus triangulum habere tres angulos equales duobus rectis nō ppter hoc sciam haberemus de illa passiōe: sicut quidāz dicūt: sed adhuc causam & demōstrationē quererem;: qre triāgulū h; tres: nā sentire solū ptingit singulariter: scia aut fundatur i cognitione vñis tñ. Itē si essemus in luna: aut supra ipam: & viderem; lumen i ipsa deficere ppter obiectuz terre: tunc viderem; lunam eclipsari. nō tamē ex hoc sciremus cām. & ppter qd vñr. cognitio. n. sensus que est hic & nunc nō esset cognitio vñis. verūtāmē ex frequenti cōsideratione facta super singulari inquirētes vñe tandem sciam & demōstrationē habemus de vñi ex pluribus. n. singularib; infertur & cognoscit vñe.

¶ Ale at honorabili; ē qm ostēdit cām: qre de hñōi vñi scia honorabili; ē sensibus: & cognitio ne quozūcunq; causa ē. s; de primis alia ratio ē. Manifestū igitur sit qd ipossibile ē sentiēdo scire aliquid demōstratoruz: nisi aliquis sentire hoc di-

cat sciam vere p demōstrationē.

¶ Aristo. intendit istam conclusionem. cognitio scientifica vñis honorabili; est & pfectior q; cognitio sensitiva. pba; qz vñis cognitio est de vñi qd cām rei ostendit. & vltimus est honorabili; cognitione eozū quoz est causa. i. cognitione habita per effectū. & subdit qd de primis pncipijs alia est rō. Deinde cōcludit qd manifestuz est: qd impolē est aliquid de demōstratiue scire per sensum nisi aliquis equiuoce loquēdo diceret qd habere sciam p demōstrationem sit sentire. **¶** Nota. qd ppter notitiā sensitivā notitia intellectiva vt pposito spectat est triplex: quedā est pmo; pncipio;: qdā ē notitia effectus habita per cām. alia est notitia rei que per effectum habetur. Notitia ergo effectus per cām cū h vltiter & demōstratiue honorabili; est notitia sensitiva. vt h pbs dicit. est etiā honorabili; notitia rei habita p effectū alijs paribus. & hoc videt; itelligere pbs cum dicit. Et cognitio ne quozūcunq; est causa: quāuis linconiensis aliter istam particulāz exponat. nō tñ vt cōiter dicitur: est honorabili; notitia pncipio;: & hoc dicit aristo. itendere cū dicit. S; de primis alia est ratio. mibi tamen videtur qd ex illo textu nō habemus hoc concludere. sed de ista mā perfectionis. notitie pncipio; & cōclusionis dixi in pcedentibus.

¶ Sunt tamē qdam reducta ad sensū ppter defectus in ppositis: qdam enim si nō videremus nō qreremus nō tanq; sciētes in vidēdo: s; tanq; habētes vñe ex eo qd videremus: vt si vitru; pforatum videremus & lumen ptransiens: manifestuz vñis erit & propter quid: et pp id qd videremus seorsū in vtroq; itelligere aut sil est: qm in oibus sic est.

¶ Quāuis scia nō cōsistat in cognitione sensitiva. sūt tamen quedā i ppositis problematibus que dubitamus & eozū dubitatio reducitur in defectu sensus. de quibusdā enī dubitationem habemus: de quibus nō dubitādo qreremus si causā possemus videre: nō quia scire illa sit videre: s; quia ex singulari qd videtur tādem vniuersaliter acquirim; de quo scientiā habemus. verbi gratia. si videremus vitrum perforatū & lumen trāsiens foramina vitri nō dubitabim; quare vitrū trāsparet: quia tunc causa nobis eēt manifesta. verūtāmē nō scimus qz videamus: cū illud videre nō sit scire. per visū enī cōprehēdimus i vnoquoq; singulari seorsum & per se. per notitiā aut scientificā simul oia cōprehēdimus singularia. & q in oibus sic est: sicut in isto. **¶** Primus dubius circa exemplū pbi: dato qd vitrū nō esset porosuz: adhuc lumē posset pvisuz multiplicari cuz sit puius & dyaphanū. ē enī de natura aeris aut aque vel vtriusq;. quare foramina illa nō sūt necessaria causa transitus luminis per vitru;: sic inuitur in textu. **¶** Secundū dubiū ptra pncipalem cōclusionē. videt; qd d sensibilibus sit scia: quia de sole luna & stellis est scientia tā astronomia q; naturalis. Item de pluuia: gradine: tonitruo: terremotu: & alijs ipressionib; metheozologicis est scientia naturalis. vt patet in li. metheo. que tamē omnia sunt sensibilia. itez de singulari triāgulo demonstratur habere tres. & omnis demōstratio scientiam generat. ergo & minor de se patet: & maior colligitur de mente aristo. i. pbeio: & i pncipio tractat; d demōstratiōē vñi & particulari. **¶** Ad primum dicitur aristo. locutū esse causa exempli fm opinionē antiquoz. dicebant enim quidam antiqui: vt habetur. z. de anima. qd lumen est corpus. cuz igitur querebat; ab eis: quare lumen pertransit vitrum respondebat; qd hoc contigit. quia vitrū est valde porosū & per eius porositates lumen penetrat. verūtāmē quia porositates ille sunt minutissime non percipiuntur a nobis per visum. sed si illas videre possemus nō dubitarem; quare lumē vitrū pertransit. Linconiensis tamē excusans aristo. dicit qd per porositates

Posteriorū

Vitri intelligit aristo. vacillatē a terrestreitate tenebrosa. naz cū vitru sit valde nature aquee z acree parū participat de natura terrestri z opaca: z per consequēs valde redditur peruiū in trāsitu luminis per ipsū. ¶ Ad 2^m dicitur q̄ luna sol z stelle sūt visu sensibiles. de illis tamē vt singularia sensibilia sūt: non habetur scia proprie sūpta: sed habetur d̄ vniuersalibus ipsoz que sensu cōprehendi non possunt. Idē ē dicitur ad cōfirmationē d̄ pluuia grādine z similib⁹. ¶ Ad aliam cōfirmationē de triangulo particulari dicit: q̄ sicut demōstratio particularis non est pprie demōstratio. sic d̄ cōclusione ipi⁹ non habetur scia pprie de qua hic loquitur. ¶ Sub alijs verbis rident moderni ad dubiū q̄ si singularia sensibilia absolute cōsiderentur: sic de illis nō est scia: qz illis fm huiusmodi non cōpetit passio aliqua d̄m̄rabilis. si vero relatiue cōsiderētur fm applicationē ad sua vniuersalia sic de illis est scia: quia tūc aliqua passio de illis demōstratur ratione vniuersalis in quo cōueniūt. sicut. n. habere tres non demōstratur de triangulo particulari nisi pri⁹ demōstratum fuerit de triangulo: sic nō scitur illuz triagulū habere tres: nisi p⁹ sciatur triangulū absolute habere tres.

¶ Eadem autem esse principia omnium syllogismorum impossibile est. primum quidem logice speculatibus. hi quidem enim veri sūt syllogismi: alij autem falsi.

¶ Aristo. principaliter pbare intendit q̄ nō eadez sūt principia omnium syllogismoz. z primo logice pbat intentum. scdo per rationes magis proprias ibi. Si vero aliter zc. p̄ria vero pars diuiditur in tres fm q̄ tripliciter probat intentum. Secūda ibi. Postea n̄z false. Tertia ibi. Neqz. n. oīuz vōz zc. Itē primo pbat intentū. scdo q̄dam cauillationē excludit. ibi. Et si nanqz zc. In p̄ma igif pte ponit ista cōclusio. nō eadem sunt p̄ncipia oīum syllogismoz que nobis p̄mo pcedētibus p̄ rōnes logicas. pbatur sic. quidā sunt sylli veri: qdā sunt sylli falsi: sylloz veroz principia sunt vera. z falsoz sūt falsa: s̄z principia vera z principia falsa nō sunt eadem. ergo zc. ¶ Notādū primo q̄ hec rō cū duabus primis sequētibus ab Ari. d̄r logice. qz sunt per cōia quedā trāscendentia speculationē hui⁹ libri. cōsideratio. n. sylli veri aut falsi. z qualr ex veris nō seqtur nisi v̄z. z cōclusio falsa nō seqtur nisi ex falso: magis pertinent ad librum prioroz. ¶ Notanduz scdo q̄ per sylm verū p̄hs intelligit syllyz concludentē cōsonem veraz: z per falsum concludentem falsā: z dicunt quidam q̄ tūc dicit māliter verus aut falsus: formalr vero verus. aut syllogismus d̄r fm q̄ debite vel idebite in modo z in figura fuerit regulatus.

¶ Et si nāqz sit verū ex falsis syllogizare. s̄z semel hoc fit: aut si. a. de. c. verū sit mediu at. b. falsū: neqz. n. a. i. b. est neqz. b. in. c. Sed si hāz media accipiūt p̄positionū falsa erūt. eo q̄ oīs cōclusio falsa ex falsis est: z vera autem ex veris: altere autem sunt vere z false.

¶ Posset aliquis dicere: q̄ ēt syllogismoz veroz sunt principia falsa: qm̄ cōtingit ex falsis syllogizare veruz. vt patet i logica. Hoc remouet philosophus dicens: q̄ q̄uis cōtingit verum ex falsis syllogizare. hoc ramen continget vna vice tantum. nam si premissa false huius syllogismi postea probentur non syllogizari conuenienter poterunt nisi per p̄missas veras. verbi gratia. si fiat hic syllogismus. omne. b. est. a. omne. c. est. b. ergo omne. c. est. a. z cōclusio sit vera z premissa false. tunc ambe premissa syllogizari nō poterunt nisi ex falsis: quoniam conclusio falsa non cōcluditur nisi ex falsis. vera autem ex solis veris concludi pōt: sed altere sunt premissa vere: z altere sunt premissa false. quare sequitur. con-

